Quartò amplianda eſt concluſio, vt locũ ſibi ven-
14 dicet, etiam ſi eſſemus † in executione iam latę ſentẽtiæ ſuper reſtitutione ipſius poſſeſſionis: nam ſi, & eo caſu patiatur ſpoliatus probationes ſuper dominio fieri, ſibi mirũ in modum præiudicat, ita ſcripſit Gab. in d. concluſ. 1. nu. 66. verſ. 3. amplia. de reſtit. ſpol. ad idem reſpondit Natt. in d. conſ. 289. nu. 12. vol. 2. qui ambo eiuſdem ſententiæ citant Alex. in d. conſil. 77. nu. 13. vol. 2. q tñ principaliter, vt egregiè obſeruauit Menoch. in d. q. 15. nu. 172. verſ. extendit quarto, hoc non aſſerit, ſed ad ſuæ certæ doctrinæ confirmationẽ hoc ſenſit. Arbitratur tñ idem Menoch. hanc eſſe veram ſnĩam, cũ poſſit, & eo tempore ſpoliatus iuri proprio in totum renũciare, nedum pati, vt exceptio illa opponatur, prout eundem Nattam dicto loco ſimpliciter referendo ſequutus eſt idem Menoch. in d. conſ. 2. nu. 191. ſub verſ. ſecundo ex eo adducor, vol. 1.

Quintò cõcluſionem amplio, vt eo vſque vera ſit, vt ſuper dominio his factis probationibus, non poſſit
15 iudex ex officio ſupplere †, & ante omnia ſpoliatum reſtituere. ita ſenſit Bero. ex Butrio, quem citat in d. c. 1. nu. 23. verſ. & huiuſmodi, de reſtit. ſpol. nec ab re profecto: tunc enim reſtituendus eſt ſpoliatus, cum reſtitui petit, non ex mero iudicis officio, vt monet gl. in d. c. 1. cum ergo ſpoliatus patiatur probationes de dominio fieri, & ſuper eo cognoſci non modo petit, ſe ante omnia reſtitui, ſed negare videtur, ſe velle reſtitui, quod nonnullis corroborat Menoch. in d. q. 15. verſ. extenditur quinto, ſub nu. 173. & ſeq.

Quæ ampliatio intelligenda eſt, vt non procedat,
16 vbi peccati † timor immineret: poterit hoc enim caſu iudex ex officio ſuo ſupplere, authore Beroo in d. c. 1. ſub nu. 23. per text. in c. 1. de diuor. & ſenſit glo. 1. in c. quia præſultatus. 1. q. 4. ac tradidit Menoch. præcitato loco, vbi ſub nu. 174. verſ. extenditur ſexto, aliam retulit ad concluſionem noſtram ampliationem, quam per te vide.

Eadem primo loco limitatur concluſio, vt ita demum dominij exceptio impediat ſpoliatum reſtitui,
17 quando † ipſa exceptio fuit in libello legitimè deducta, ac legitimè poſteà probata: nõ enim ſatis eſt opponere dominij exceptionẽ: etenim ſi tantummodo opponatur, nec probetur, ſuper ſola ipſa reſtitutione poſſeſſionis eſt pronunciandum: ita ſcripſit cum docendo, tùm rñdendo Dec. vt in l. vlt. col. 5. nu. 21. verſ. eſt etiam notandum, in fi. C. de edict. diui Adr. toll. & in d. conſ. 84. col. vlt. ſub nu. 2. verſ. nec obſtat, q poſt talem contradictionem, cui accedit Neuiz. in d. cõſ. 79. nu. 9. verſ. 3. reſpondetur, ac Gab. in d. concl. 1. nu. 67. verſ. primo ſublimita de reſt. ſpol. permoti authoritate Bal. in l. poſt ſententiam, col. 2. nu. 4. verſ. venio ad ſecundum notabile. C. de ſent. & interlocu. omni. iudi. qui, vt egregiè animaduertit Menoch. in d. q. 15. nu. 176. loquitur in interdicto vti poſſidetis, & ſic retinẽdæ poſſeſſionis, ob id ipſemet ibi Menoch. arbitratus eſt limitationẽ hanc nõ eſſe abſolutè veram: nam & ſi in libello non fuerit deducta, & ſuper ea lis conteſtata: attamen ſufficit in proſecutione cauſę eſſe ſuper ea cognitũ: ſolẽt enim proſecuta maximè obſeruari, vt in hoc propoſito noſtro conſuluit Pariſ. in d.
* conſ. 112. nu. 55. vol. 1. vbi de cõi Doct. ſentẽtia dicit. cui adhærent Rol. à Val. in conſ. 41. habita congrua. nu. 25. vol. 3. & prius in conſ. 9. negari non poteſt, nu. 6. eo. vol. 3. vbi alios concordes accumulat. hoc itaq; in caſu Baldi ſententiam nõ procedere cenſet vbi ſupra Menochius, quo loci ex alijs hoc demonſtrat.

Declaratur modo hæc limitatio, vt tunc demũ vera ſit, cum ſola dominij exceptio eſt oppoſita, & allegata, nulla deindè ſubſecuta ad probandũ dilatione: non enim tunc ſuper deducta exceptione pronunciãdũ erit definitiuè, ſed abſolutoriè ab ordine iudicij;
18 ſecus † cum ad probandũ exceptionem conceſſa fuit dilatio: etenim & ſi tunc non fuerit per excipientem quid probatum cõtra eum, tamen definitiuè eſt pronunciandum, iuxta doctrinam gl. in auth. qui ſemel. in verbo, locum. C. quomo. & quan. iudex, vt tradidere Iaſ. in l. qui accuſare, nu. 6. vbi etiam. Dec. nu. 17. de eden. Marſ. in ſing. 169. nota eſt regula illa. Neuiz. in conſ. 9. Redemptoris noſtri num. 15. verſ. ſed dubium facit, & latè Couar. variar. reſolut. lib 1. c. 1. num. 8. ſic prædicta intelligit egregiè præter alios, egregius Menoch. in d. remed. 1. q. 15. nu. 179. verſ. intelligere ipſe.

Secundò limitanda eſt concluſio, vt nõ procedat, quãdo dominij cauſa, & exceptio deducũtur ad co-
19 lorandum poſſeſſorium: nam tunc licet † ſpoliatus paſſus fuerit litem ſuper dominio tractari, nõ tamen ex hoc impeditur, quin ante omnia debeat reſtitui, vt in hypotheſi noſtra conſultus reſpondit Neuiz. in d. conſ. 79. nu. 9. verſ. ſecũdo reſpõdetur, vbi id Decij, Felini, & Calcanei authoritate comprobat. de cuius Neuizani ſentẽtia eum reprobans, latiſſimè, & vberrimè, vt aſſolet, diſſerit Menoch. in d. q. 13. à nu. 180. uerſ. limita ſecundo uſq; ad nu. 215. ad quem me reijcio: etenim ſingula ab alijs accuratè examinata perſequi, noſtri non eſſe inſtituti cenſeo.

Tertiò loco limitatur cõcluſio à Gabr. d. concluſ. 1. nu. 68. uerſ. 2. ſublimita, ut locum ſibi non uendicet,
20 ſtante cõtradictione, & replicatione † ipſius ſpoliati: nam tunc licet ſuper domino factæ fuerint probationes, tamen ante omnia reſtituendus erit. teſtes ad id laudat Alex. in d. conſ. 6. col. pen. nu. 17. in fi. uerſ. nec obſtat, ſi dicatur, uol. 3. & in cõſ. 200. uiſo, & diſcuſſo proceſſu inter Albertum, col. pen. ſub num. 9. uerſ. & ideò cautè fecit, uol. 2. Dec. in d. conſ. 84. col. pen. nu. 2. uerſ. 3. & ultim. ac alios, ut ibi per eum.

## CONCLVSIO MCCCXXI.

### ARGVMENTVM.

**An, & quando ſpoliatus ſit reſtituendus, cum notoriè conſtat ex actis de dominio ſpoliantis.**

### SVMMARIVM.

1 *Spoliatus non eſt reſtituendus, cum notoriè cõſtat ex actis de dominio ſpoliantis.*

2 *Notorium dicitur, quod ex actis conſtat.*

3 *Spoliatus non debet reſtitui, quando ex ſua confeſſione conſtat de dominio ſpoliantis.*

4 *Confeſſio eſt probatio probata, & facit notorium.*

5 *Spoliatus propter ſuam confeſſionem de iure ſpoliantis, tunc demum non eſt reſtituendus, ſi nihil aliud poſt confeſſionem exigatur, ſecus ſi alia probatione opus ſit.*

6 *Spoliatus non eſt reſtituendus, quando de iure ſpoliantis conſtat per publicum inſtrumentum, & cur. ibid. nu. 7.*
*Dummodo inſtrumenta producantur in cauſa poſſeſſorij, vt ibi. nu. 8.*

9 *Spoliatus non eſt reſtituendus, quando de non ſuo iure per teſtes conſtat.*
*Dummodo lis finita ſit perempta inſtantia, & de fide teſtium non ſit probabilis hæſitatio, ibid. nu. 10.*

11 *Spoliatus non eſt reſtituendus, quando de non iure ſuo cõſtat per ſententiam abſolutoriam latam in petitorio.*

12 *Spoliator non adiuuatur ex ſententia lata in petitorio, quãdo incidit in pœnam l. ſi quis in tantam. C. unde vi.*
*Contrarium, ibid. nu. 13.*
*Conciliatio, num. 14.*

15 *Spoliatus non reſtituitur propter ſententiã latã in petitorio, ſi idcirco lata eſt, qa de bono iure ſpoliatoris cõſtitit.*

16 *Spoliatus reſtituendus eſt, quando ſpolium poſt ſententiã latam in petitorio ad fauorem ſpoliatoris, factum eſt.*

Spoliatum

1 Spoliatum † non eſſe reſtituẽdum, cum ex actis iudicij de ſpoliatoris dominio conſtat, colligitur ex iis, quæ ſcribit Inno. in c. cum Eccleſ. Sutrina, de cauſ. poſſ. & proprie. quem referendo ſequitur Io. Staphil. in tract. de gratijs, & expecta. tit. de cõmiſ. lite. iuſtit. c. ſpoliatus beneficio agit ſpol. nu. 7. verſ. quod ego intelligo. idem voluit. Iac. Nouel. in ſua praxi crim. in ea parte, quæ incipit, vulgaris eſt regula. nu. 5. verſ. limita. 5. & num. 12. ad idem reſpondit Dec. in conſ. 191. in cauſa, quæ agitatur inter magiſtrum Ambroſ. col. 4. ſub nu. 9. verſ. 4. facit, quem referendo ſequutus eſt Crauet. in conſil. 299. Ant. & Catherina. col. pen. nu. 8. & in conſ. 302. in hac cauſa. col. 4. nu. 6. & confirmauit Natt. in cõſ. 563. iſta D. Bartholomæa. nu. 30. quos in hanc ſententiam adducit Menoch. in commen. recuperan. poſſ. remed. 1. q. 19. nu. 231. & alios refert. Gab. in ſuis com mu. cõcl. lib. 5. tit. de reſtit. ſpol. concluſ. 1. ſub 11. lim. num. 104. verſ. 2. amplia.

Iſtius concluſionis eam ſupra citati interpretes af-
2 ferunt rationem, quoniam † acta faciunt notorium, & quicquid in iudicio probatum eſt, dicitur eſſe notorium, vt not. Ant. à Butr. in c. vlt. in ſexto not. per illum text. de tempor. ordina. cum ſimil. de quibus nos ſatis in concluſ. 1106. verſ. notorium. nu. 13. cum plur. ſeq. vol. 2.

Ampliatur primò loco concluſio, vt procedat etiã
3 † ſi de dominio ipſius ſpoliatoris per confeſſionem ipſius ſpoliati conſtet: nam & hoc caſu non eſſe reſtituendum ſpoliatum tradit Inno. in c. cõſtitutus, de fil. presbyte. quod itidem colligitur ex traditis à Dominis Rotæ in deciſ. 16. aliàs 393. ſi conferatur. nu. 1. verſ. aliqui dicebant. in deciſ. 17. aliàs 408. fuit dubitatum, vtrũm de reſtitu. ſpol. in nou. ad idem reſpondit Paul. à Caſtr. in conſ. 253. ad confirmationẽ, col. vlt. nu. 4. in 3. dub. verſ. ſi verò. vol. 1. idem ſcribit Corſet. in reg. ſpoliatus, ante omnia reſtituen. & fallen. 34. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 27. fallẽ. 10. ff. de acquirenda poſſeſſio. vbi alij, Iacob. à Sãcto Georgio. in l. ſi de vi. num. 19. verſ. 15. fallit. ff. de iudi. Abb. in c. 1. in 4. not. de reſtitut. ſpoliat. quem ita intelligendum eſſe docet Berous. ibid. n. 27 idem ſcripſere alij quamplures à Menoch. relati. in d. commenta. recuperan. poſſeſ. remed. 1. quæſtio. 16. num. 215. cum plurimis ſeq. & Gab. in d. concluſ. 1. num. 104. verſ. ſecundo amplia, & 212. limitat. 58.

4 Cuius ampliationis ea ratio eſt: quoniam confeſſio eſt probatio probata, ac alijs verior, & potentior, l. vlt. C. de fideicom. l. generaliter. C. de non num. pecun. vt & decidit Gram. in deciſ. 26. nu. 66. ac Socyn. iun. in conſ. 39. num. 18. vol. 2. tum etiam, quia confeſſio dicitur facere rem notoriam, c. vlt. de cohabit. clerico. & mulier. teſte eod. Gram. in deciſ. 36. nu. 66. ac poſtremò, quia confeſſio dicitur maior, quouis publico inſtrumento, vt poſt Bald. reſpondit Crauet. in conſ. 61. nu. 3. & in conſ. 171. nu. 4. pro qua quidem ratione plura congerit. Menoch. vbi ſup. in d. q. 16. nu. 219. ac cæteris ſequent.

Declaratur hæc ampliatio, vt tũc demum vera ſit,
5 quando nil aliud poſt cõfeſſionem exigitur; ſecus † ſi alia prouiſione opus fuiſſet, vt eo caſu, cum quis poſſeſſorio conuentus videns ſe ſuccumbere derelicto illo agere incipit petitorio: nam tũc ſi petat ſpoliatus, executoriales inſtar rei iudicatæ, vt ſuam poſſeſſionẽ conſequatur, malè petit: ita docet Io. Staphil. in d. tracta. de grat. & expecta. in tit. de cõmiſ. lit. iuſt. in verb. ſpol. nu. 1. & 2. ea ratione, quia poſt confeſſionẽ ſaltẽ præceptũ requiritur. l. ſi debitori. ff. de iudi. quod quidem pceptum ſuccedit loco ſententiæ, iuxta tradita per Abb. in c. vlt. de cõfeſ. itẽ quia & ſi adſit cõfeſſio: poſſet tamen ante pceptum de errore probari, ſecundũ Io. And. in c. vlt. de iureiu. & in 6. & hoc eſt, quod innuit Belliam. in dec. 578. ſpoliatus, curiam. l. ex ſola cõfeſſione nõ reſtituere ſpoliatum, Staphileũ refert, & ſequitur Menoch. in d. q. 16. in fi. plura alia ad huius ampliationis declarationem pertinentia ſubiungerẽ, niſi ea à nobis prius fuiſſent examinata. in cõcl. 392. in verb. confeſ. vol. 1. ad quam lectorem relego.

Ampliatur ſecundò eadem concluſio, vt idem ſit,
6 ſi conſtaret † de non iure ſpoliati per inſtrũm publicũ, quod habeat executionem paratam: ita determinauere Dom. Rot. in d. deciſ. 16. aliàs 393. ſub nu. 1. & 2. de reſtit. ſpol. in nou. ad idem reſpondit Dec. in conſ. 302. & pro tenui. col. pen. ſub nu. 22. verſ. ſimiliter videtur obſtare Soc. ſen. in conſ. 87. viſis inueſtitura feudi. col. vlt. ſub nu. 23. verſ. ſed tamen his non obſtantibus. vol. 3. Gram. in conſ. ciui. 97. maximi opificis. ſub nu. 1. verſ. ſecundo dicimus, & in conſ. 131. Redẽptoris gentium. nu. 4. verſ. præterea. Ant. Capic. in deciſ. 77. in cã D. Petri. nu. 4. & 5. & in deci. 121. in cã officij, nu. 27. Io. dilect. Duran. in tract. teſtam. tit. de acq. vel repudiã. hæred. caute. vlt. ſub nu. 8. verſ. præterea eſto, & Corſe. in d. reg. ſpol. limita. 35. vbi declarat, quos in hanc ſententiam adduxere Gabr. in d. concluſ. 1. ſub limit. 2. nu. 103. verſ. primo amplia. tit. de reſtitu. ſpol, ac Menoch. in d. commen. recuperand. poſſeſ. remed. 1. q. 17. num. 223.

7 Huius ampliationis † ea affertur ratio, quam in ſuperiori ampliatione tradidimus quòd ſcilicet inſtrumenta rem faciant notoriam, cum non ſit illa probatio probanda, ſed probatio probata, vt ſcripſere Bart. in l. 1. in prin. nu. 8. vbi etiam Iaſ. nu. 10. ff. de oper. no. nunciat. Dec. in conſ. 423. num. 9. in conſ. 474. num. 3. & in conſ. 682. nu. 3. & latiſſimè per Tiraq. de retract. conſang. §. 2. glo. 1. num. 20. & 21. ac alij à Menochio loco nuper relato citati, num. 234. vbi de eo, quod diximus quod ſcilicet inſtrumentum debeat executionem paratam habere in hoc caſu dubitat.

Intelligenda eſt hæc ampliatio, vt procedat, dum-
8 modo † inſtrumenta producantur in cauſa poſſeſſorij, non ſi in inſtantia petitorij, vt ſtatuere Dom. Rot. in d. deciſ. 16. aliàs 393. nu. 2. tit. de reſtit. ſpol. in nou, quos refert, & ſequitur Menoch. vbi ſup. in fi.

Tertiò ampliatur concluſio, vt idem ſit, cũ per te-
9 ſtes † de non iure ſpoliati conſtat: tunc enim ipſum ſpoliatum nõ eſſe reſtituendum, teſtis eſt locupletiſſimus. Oldr. in conſ. 274. in cauſa, quæ vertitur. idem ſenſit Abb. in d. c. 1. nu. 3. de reſtit. ſpol. ad idem reſpõdit Crau. in d. conſ. 299. nu. 8. & in d. conſ. 302. num. 3. ſic placuit Nouel. in d. reg. ſpoliatus. limit. 12. Gab. in d. concluſ. 1. ſub eadem limit. 2. verſ. tertio amplia, & num. 213. limit. 59. & Menoch. in d. remed. 1. quæſtio. num. 226. ea, quam diximus in ſuperioribus ampliationibus ratione, quoniam per teſtes res reddatur euidens, & notoria. l. vlt. C. de probatio. tum etiam quia à pari procedant inſtrumenta, & teſtes, l. in exercendis. C. de fide inſtrumentor. Bartol. in l. ſi quis ex argentarijs. §. nec iterum. num. 3. ff. de eden. Rip. in rub. C. eod. de eden. num. 1. plenè per Tiraq. in d. tract. conſang. §. 2. glo. 1. nu. 11. & 13.

Declaratur hæc ampliatio, vt procedat, quando lis
10 eſt finita, perempta † inſtantia, & cũ de fide teſtiũ nõ eſt probabilis hæſitatio. nam etſi perempta inſtantia dicuntur periiſſe iudicij ordinatoria, non tamen deciſoria, vt ſunt dicta teſtium, ita Bart. in l. cum lite mortua. num. 5. ff. iudic. ſolui. Abb. in c. cauſam. il primo, de teſtib. & Ruy. in conſ. 59. nu. 5. vol. 1. ſic prędictam ampliationem debere intelligi dicebat Menoc. in d. q. 18 num. 230. verſ. vt ergò ad eam euitandam dubitationem, & difficultatem, quam ibidem ipſemet iniecit. vbi etiam, num. 228. verſ. hanc tamen cõcluſionem, aliam ex Beroo in d. c. 1. nu. 25. ad iſtam ampliationem retulit declarationem.

Ampliãda eſt quartò ipſamet concluſio, vt habeat
11 locum, etiam quando † per ſententiam abſolutoriam in petitorio conſtaret de non iure petentis reſtitutionem:

nem: nam tunc ſpoliatum nullo pacto eſſe reſtituendum, reſcripſere Domini Rotæ in deciſ. 3. aliàs 16. ſi contra agentem poſſeſſorio. col. pen. in additio. num. 6. verſ. ex prædictis patet. de reſtitu. ſpol. in nou. & in deciſ. 1. aliàs 46. nota, quod vbi aliquis. nu. 3. de ordi. cognitio. in antiq. & in deciſ. 14. aliàs 368. nota, quod vbi in vero poſſeſſorio. de cau. poſſeſſ. & propriet. in antiq. idem placuit Corſe. in eadem reg. ſpoliatus. fallen. 28. vbi plures allegat. in eadem hac reg. fallẽ. 29. nu. eod. 29. hoc idem vnanimes ſenſere interpretes in d. §. nihil commune. nempè Alex. col. 6. num. 12. Iaſ. nu. 43. Ripa, nu. 35. quo loci iis, quæ ad Bart. contrariã tuendam opinionem afferri ſolent, optimè ſatis facit, & ibi * communem teſtatur, prout etiam facit Fabius Accorombo. nu. 42. vbi dicit hanc eſſe * communem tam legiſtarum, quàm canoniſtarum. idem ibidẽ aſſeuerauit Bologn. nu. 20. Coraſ. in 2. par. num. 67. ac alij omnes, quicunque illum paragraphum interpretati ſunt, & hanc opinionem * omnes tenere. dicit Socy. ſen. in conſ. 59. in cauſa nobilium Comitũ. col. 1. ſub nu. 1. vol. 3. ad idem multos congerit Gab. in d. 1. concluſ. limit. 11. nu. 101. tit. de reſtit. ſpol. vt facit, & Menoch. in d. remed. 1. q. 20. nu. 233. vbi ipſe itidem ijs, quæ à Fabio in d. §. nihil commune. nu. 43. 44. & 45. pro Bart. contraria ſententia, quam is tuetur, afferuntur, doctè reſpondet, verſ. ijs autem. ſub num. 234. ac ſequent.

Declaratur primum quarta hæc ampliatio, vt non
12 procedat, vbi ſpoliator † incidiſſet in pœnam. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi: nam hoc caſu non adiuuatur ex ſententia lata in cauſa dominij, ne reſtituat poſſeſſionem ante omnia, ſic declarauit. Angel. in l. ſi quis ad ſe fundum. col. 3. nu. 7. C. ad leg. Iul. de vi publi. cui accedit Fab. in d. §. nihil commune. ſub num. 50. verſ. item hæc concluſio. reiecta ad hanc declarationem Alex. ibi, nu. 13. obiectione.

13 Contrariam † tuentur in hoc ſententiam Alex. in d. §. nihil commune. num. 13. Ant. Butr. in c. 2. ad fin. de cau. poſſeſ. & propriet. Barb. in addit. ad Bal. in l. 1. in fi. in verſ. ius dominij. C. de appellat. quos in hanc deducit ſententiam. Gab. in d. concluſ. 1. ſub nu. 106. verſ. contrarium tenuit. Ant. vbi inquit contrariam hanc opinionem ſibi veriorem videri. eundem alia ratione reprehendit. Ang. Ripa in d. §. nihil commune. num. 45. verſ. alia ratione.

14 Sed dicere † poſſumus Angeli opinionem veram tũc eſſe, cum declaratum eſſet ipſum ſpoliatorem in eam pœnam incidiſſe, alioqui non procederet opinio Angeli: & hoc pacto eam eſſe intelligendam. ait Menoch. eod. nu. 238. aliàs vna cum Ripa ſe contra Ang. ſentire apertè profitetur.

Limitatur ſecundò eadem ampliatio, vt vera ſit, cum ſententia abſolutoria in fauorem ſpoliatoris fuit lata, quia conſtitit de bono iure ſuo, ſecus ſi propte-
15 reà † tantum lata fuerit, quia actor non probauit: tunc enim non obſtaret ſententia, quominus ſpoliatus nõ reſtitueret, quod probauit Abb. in c. paſtoralis. col. 7. ſub nu. 16. de cau. poſſeſ. & propriet. ea ratione, quia non ſequitur, non probauit, ergo non habet ius, cum poſſet habere, & tamen non potuit probare. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tute. & l. ſed & ſi poſſeſſori. in prin. ff. de iureiuran. & hoc ibi dicit eſſe de mente. Ant. But. ibid. idem voluit Rip. in d. §. nihil commune. nu. 44. verſ. declara modo, quo in loco arbitratur, ita poſſe defendi contrariam. Bart. ſententiam, cui Ripæ accedit Gabr. in d. concl. 1. nu. 108. verſ. tertio ſublimita. quæ declaratio, an vera ſit, viderint Coraſ. ac Menoch. qui eam oppugnant, ille in d. §. nihil commune, in 2. par. nu. 68. verſ. ſed huic declarationi. hic in d. q. 20. nu. 237. in fi.

16 Tertiò limitabis, vt non ꝓcedat † facto ſpolio poſt ſententiam: tunc enim ſpoliatus poſt ſententiam latam in cauſa dominij ante omnia eſt reſtituendus: ita docet Abb. in d. c. paſtoralis. ſub eod. nu. 26. verſ. item Bart. de cau. poſſeſ. & propriet. Alex. in d. §. nihil cõmune. nu. 12. & ibi Ripa, nu. 44. verſ. ſecundo intellige: eo, quòd ſpoliatus potuit poſt ſententiam de nouo acquiſiuiſſe dominium. de qua per Menoch. in d. q. 20. nu. 236. idem cenſuit Gabr. in d. concl. 1. nu. 107. verſ. 2. ſublimita. vbi ita tenuere * omnes in c. cum dilectus. de cau. poſſeſs. & propriet. nonnullas alias declarationes. tradit Menoch. in d. q. 20. nu. 237. ac ſub nu. 238. quas ſilentio prætereo, cum apud eum facilè legi poſſint. An autem, & quando ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus, cum notoriè conſtat de non iure ipſius, abundè explicat. Gab. in d. concl. 1. in 12. limit. à nu. 110. vſq; ad nu. 122. cuius dicta non proſequor, cum aliàs id examinauerim plurib. in locis, vt in verſ. Attentata. in verſ. beneficium, ac in verſ. penſio.

## *CONCLVSIO MCCCCXXXIII.*

### ARGVMENTVM.

**An ſpoliatori conuento concedenda ſit dilatio, vt teſtes commorantes extra locum iudicij, ad ſuum commodum faciat examinari.**

### *SVMMARIVM.*

1 *Spoliatori conuento dilatio danda eſt, vt teſtes extra locum iudicij commorantes, ad ſui commodum faciat interrogari. Dummodo iudex non cognoſcat iſtam dilationem per calumniam peti, vt ibidem nu. 2.*

3 *Spoliatori non ſunt dandæ dilationes, quando ſpoliatus aliquid iam circa ſpoliationem probauit.*

*Etiamſi non plenè probauerit, vt ibid. nu. 4.*

5 *Spoliatori dilatio concedenda, etiamſi ſpoliatus probauit, quando ex negatione dilationis irreparabile damnum ſequeretur.*

*Dummodo de huiuſmodi damno conſtet iudici, vt ibidem num. 6.*

7 *Spoliator, ſi petat remiſſorias alteri iudici, an iudex ſpoliationis teneatur eas concedere remiſſiuè.*

1 Spoliatori conuento † concedendã eſſe dilationem, vt extra locum iudicij teſtes commorantes examinari faciat ad ſui cõmodum, quando ſpoliatus agens nihil adhuc de iure ſuo probauit, decidit Caſſado. in ſuis deciſio. in tit. de dilatio. deciſ. 2. incip. dubitatum, etiam fuit: nam ſpoliator iſte conuentus legitimas probationes habere poteſt, fortè per inſtrumenta, vel confeſſionem actoris, aut acta iudiciaria, vt in ſuperiori concluſione diximus, quibus oſtendet, ſe non ſpoliaſſe, ſed iuſtè poſſidere cœpiſſe: nec adhuc hoc caſu conſtat aliquo modo ipſum actorem fuiſſe ſpoliatum, adeò vt ob id fraus, & dolus petentis dilationem per calumniam detegatur. ita Menoch. Caſſad. ſeq. in comm. recup. poſſeſ. remed. 15. q. 25. nu. 324.

Declaranda eſt hæc concluſio, vt non procedat, cũ
2 † ex alijs coniecturis iudex cõijcit per calumniam eã dilationem peti. Ipſe etenim iudex poterit, quãdo de hoc probabiliter dubitat, vtrique partium terminum certum ad probandum ſtatuere, intra quòd vterque ius ſuum tueri ſtudebit, hæc eſt praxis, quam retulit Innoc. in c. prout de dolo, & contuma. Ang. in l. qui prior. ff. de iudi. Barbat. in conſ. 23. col. 9. in fin. volu. 1. quibus accedit Menoch. in d. quæſtio. 25. num. 332. & nu. 324. ſic declarat prædictam Caſſadori doctrinam, ſubiungens hoc in caſu procedere poſſe doctrinã Iaſ. in conſ. 44. col. 2. verſic. quia reſpondetur, vol. 3. dum inquit, iudicem non poſſe ſuſpicari, an per calumniã exce-

exceptio opponatur,ſi ante non fuerit oppoſita. In-
telligitur enim inquit Menoch. niſi alia cauſa ſubſit.
Declaratur ſecundo,vt non habeat locum,quādo
3 actor ſpoliatus † iā aliquid probauit circa ſpoliatio-
nem ante petitam dilationem ab ipſo cōuento: tunc
enim denegandam eſſe reo dilationem ad probandū
ſpolium aſſeruit idem Caſſad.in d.deciſ. 2. num.2.&
ſeq.tit de dilatio.ex eo,quòd hoc caſu detegitur quo-
dammodo dolus,& fraus conuenti,qui vt per calum-
niam hoc proferat iudicium,hanc petit dilationem:
vnde concedenda non eſt. l. ſatis apertè. C. de falſis.
Caſſadoro ſe ſubſcripſere Fr.Hercul.in tract.de attēt.
appel.penden. c. 16. nu. 10. verſ.item iuxta prædicta,
& Menoch.in d.q.25.nu.325.verſ.ſecundus eſt caſus,
qui ex inſigni contextu d.l.ſatis apertè,permotus,for-
tius dicit, falſi exceptionem contra iura partis per
calumniam appoſitam eſſe reijciendam, quòd latè
ibidem nu.327.cum multis ſeq.proſequitur.
Ampliatur hæc declaratio, vt vera ſit,etiamſi non
4 plena † ſit facta probatio,quia ſi plena, omninò nega-
retur, & quod poſt terminū ſeruatum ad articulandū
omninò negaretur:ita Caſſador.in deciſ.2.vnde ſen-
tit,quòd nō requiratur publicatio proceſſus, & quòd
ſatis ſit, ꝙ ipſimet iudices ex proceſſu,qui ſibi ſemper
patet, id cognoſcant, quòd verum eſſe dicit Hercul.
in d.c.16.ſub eod.nu.10.quando vtriq; parti idem ter-
minus eſſet aſſignatus, ſecus ſi reo talis terminus non
eſſet aſſignatus, ne detur occaſio confouendi ſpoliū.
Limitanda eſt hæc ſecunda declaratio, vt locum
5 ſibi non vendicet, quando † ex reiectione huius dila-
tionis irreparabile damnum ſequi poſſet: tunc enim
nunquam ad faciēdum probationes in ſpolio dilatio
denegari debet,vt explicat idē Menoch.& tenet poſt
multos,quos ibi allegat in d.q.25.numero 334.verſi-
culo declarātur relata:ex hoc ibidem inferens decla-
rationem ad nouum Decretum Sabaudiæ, & Pede-
montium.
Sublimitatur hęc Menochij limitatio vt procedat
6 dummodo de huiuſmodi damno † aliquid ipſi iudici
conſtet, ſic Menochium declarauit, & intellexit do-
ctiſſimus iuxta, ac integerrimus Dominus Robertus
Lancel.in ſuo vbertimo tract.de attenta.par. 3. c.16.
de probatio.attenta.nu. 130.verſ.4.
An autem in alio caſu ab hoc nō longè diſſimili,
an in quā iudex cauſa ſpoliationis, teneatur ſpoliato-
7 re † conuento petente remiſſorias alteri iudici conce-
dere? ſatis abūdè,& doctè declarat idēmet D.Iacob.
Menoch.in d.remed.15.q.26.per totam illam quæſt.
à nu.336.vſq ad nu.363.vbi plures egregiè diſtinguit
caſus,eandē quæſtionem plenè, & vberrimè diſcutit
idem D.Lancel.in d.tract.de attenta. à nu. 108. verſ.
circa tertiam inſpectionem,vſq; ad finem dicti capi-
tis: idem facit Franciſcus Hercul. in eodem tract. de
attenta. c. 16. de remiſ.conceden.in mate.attent. per
totum, & nos ex eiſdē id enucleauimus ſupra in verſ.
Attentata,concl. 147. ferè per totam illam cōcluſio-
nem,vol.1.ad quæ loca lectorem, meque reijcio.

## *CONCLVSIO MCCCXXXIV.*

### ARGVMENTVM.

Exceptio dominij incontinenti probanda, an impediat ſpoliatum ante omnia reſtitui.

### *SVMMARIVM.*

1 *Spoliator ſi obijciat exceptionem dominij incontinenti probandam, non impedit,quominus ſpoliatus ante omnia reſtituatur. Contrarium ibidem nu.2.*
*Conciliatio elici poteſt ex dictis. ibid.nu.3.*
4 *Spoliatus ante omnia reſtituendus eſt, etiamſi contra eum obijciatur exceptio, quæ poſſeſſorium pęnitus annullaret.*
5 *Exceptio reſeruationis ſpecialis,an obijci poſſit contra agētem reintegrari ad poſſeſſionem beneficij remiſſiuè.*
6 *Exceptio dominij incontinenti probanda obijci poteſt à reo conuento,poſſeſſorio, quando poſſeſſio ad eum abſq; violentia,& vitio peruenit.*
7 *Reſtitutionem coniugis petenti obſtat exceptio conſanguinitatis incontinenti probandæ.*
8 *Spoliatus non reſtituitur,quando imminet periculū,quod incontinenti probetur.*
9 *Spoliatus nomine eccleſiæ,propter exceptionem dominij incontinenti probandam non reſtituitur.*
10 *Incontinenti aliquid probari quomodo intelligatur.*

Exceptionem dominij à ſpoliatore oblatam, & inconti-
nenti probandā.ad hoc,vt ſpoliatus ante omnia non
1 ſit reſtituendus,impedimento non eſſe,quin † idē ſpo-
liatus ſtatim reſtituatur,egregiè mihi probat contex.
in c.literę.§.pen.de reſt.in l.1.ibi,ſine vlla cunctatio-
ne reſtituatur. C. ſi per vim, vel alio modo. & in l.ſi
per vim,vel alio modo, & in l. ſi quis ad ſe fundū ibi,
eademq; protinus reſtituta. C.ad leg.Iul. de vi. quib.
ex locis apertè colligitur, ſpoliato ſine cunctatione,
& protinus eſſe faciendam reſtitutionem: non igitur
per aliquod temporis interuallum ſiue momentum,
differri res ipſa poterit. hoc idem clarè tradidit gl. in
c.1.in ver.contentionem.de reſti. ſpol.vbi differentiā
maximam ſcribit inter interdictum recuperandæ, &
interdictum adipiſcendæ,ſeu exhibitorium;vt.ſ.in il-
lo non admittatur reus volēs probare dominium, ēt
incontinenti,ſecus in adipiſcēdæ, vel exhibitorio in-
terdicto.conſimilem habemus.gl.in d.c.liter. in verſ.
primi,& in verſ.offeruntur incontinēti. & in c. ſuper
cauſa.in verſ.cauſa.2.q.4.in eandem deſcendit ſentē-
tiam.Abb.in d.c.1.col.1.nu.5.ver.ſed no.gl.1.in c.itē
cum quis.col.vlt.nu.11. verſ. quid autem ſi excipiēs,
& in c.literæ.col.2.nu.5.& n.15.ac 18.eo.tit. de reſtit.
ſpol.& quamplures alij ad idem relati à Gab. in con-
clu.1.nu 45.23.amplia.tit.de reſt.ſpol.lib.5.ac nouiſ-
ſimè à D.Iac.Menoch.in comment.recup poſſeſ. re-
med.1.q.21.nu.239.& in conſ.2.magni ponderis nu.
189.verſ.immo, vol.1.ex quibus omnibus concludi-
* tur hanc eſſe * communem interpretum ſententiam,
* prout eam * communem teſtatur,Bero.in d.c.1.nu.
30.de reſtit.ſpolia.
2 A contrario ſtetit † gl.in l.ſi de vi in fi.ff.de iud. quo
in loco ſentire vr̄, ꝙ in omni interdicto obſtet exce-
ptio dominij,ſi probationes offerantur paratæ incon-
tinenti.per l.dolo. ff. de except.doli.cuius tamē con-
tex.regula,vt etiam ipſemet. Accur.obſeruauit in pe-
titorio,non in poſſeſſorio locum habet, ex l.1.§.1. ff.
quor.lega.& in poſſeſſorio adipiſcendæ,non recupe-
randæ,vt docet Bart.in l.3.§.cauſæ.nu.1.ff. de Carbo.
edict.Soc.in l.rem,quæ nobis.q.9.col.pen. verſ. hanc
tn̄ concluſ.ff.de acq.poſſeſ.& Rui.conſ.140.proponi
tur.col.1.vol.5. hanc etiam poſteriorem ſequutus eſt
opinionem.Natt.in conſ.563. iſta D. Bartholomæa,
nu.32.vol.3.vbi ex ſententia.Ant.à Butr.in c. ſignifi-
caſti.de diuor.inquit,ſatis eſſe, vt ſpoliatus non reſti-
tuatur,notorium eſſe iudici, vel alijs, & probationes
ſint in promptu;ſecùs ſi terminus diffuſus,& prolixus
petatur,adducēs ad hoc nōnullos,inter cæteros. Bal.
in l.ſi de propriet.C.ſi à non compet.iud. vbi inquit,
quod ſi exceptio,quæ obijcitur ſpoliato, probationē
non requirat,ſpoliatus non reſtituatur,ex mēte Oldr.
in conſ.224.iſtæ ſunt allegationes.col.6. ſub num.22.
verſ.ſoluebat, & aliter ad præmiſſa. idem voluit, &
Afflict.in comment.ad conſtit.Neapol.lib.1. nu. 25.
cont.quem de reſtit.aga.nu.33.& 34. quam ſententiā
apprimè

apprimè confirmant ea, quæ poſt Menoch.in d.q.21.
nu.240.cum alijs ſeq.nos aliàs deduximus in conclu.
687.in verſ.exceptio dominij.nu.2.cũ plur.ſeq.vol.2.
3 Vtcunq; † ſit à priori ſententia non eſſe recedendũ
cenſeo, quæ, vt diximus, communis eſt, quã & ea cor-
roboramus ratione. Ex eo.n. hoc caſu non admittun-
tur probationes, quæ incontinenti offeruntur, quia
non licuit ipſi ſpoliatori ſua manu ſibi ius dicere: cũ
ergo in illius odium, & pœnam lex hoc conſtituerit.
l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.c.eum, qui. de præbẽ. in
6.hoc commodũ ſentire non dẽt ſpoliator, ne ex pro
prio delicto illud ſentiat contra.l.auxilium. ff. de mi-
no.& l.itaq; fullo.ff.de fur. quod ſi iſtud concederet̃,
non leuis delinquendi occaſio præberet̃, cõtra c.quã-
to.de diuor.l.non eſt ſingulis.ff.de reg. iur. & l.cõue-
nire. ff. de pact. dota. eſſet enim in facultate domini
probationibus inuentis, ac paratis manu ſibi ius dice
re, & vim illam, ac audaciam oblatis probationibus
tueri.ita concluſ.hanc confirmauit Abb.in d.c.1.nu.
5.verſ.ego reddo aliam de reſtit.ſpol.cuius rationem
ſequitur, & eam ab impugnatione Beroi ibi, nu.30.
in fi.tuetur Menoc.vbi ſup.ſub nu.243.verſ. nõ igno-
ro tamen.Huius autem diſſenſionis conciliatio faci-
lè patebit, ex ijs ad concluſionem declarationibus,
quas mox ſubijciemus.

Ampliatur concluſio, vt vera ſit, etiam ſi obijcere-
4 tur † exceptio, quæ poſſeſſorium penitus annullaret,
vt in beneficijs, reſeruatio: nam & eo caſu non poteſt
illa opponi oblatis ſtatim probationibus, ita reſpõdit
Ferret.in conſ.113.contra ſpoliatum.nu.2.vol.1.rela
tus à Menoch.in d.q.21.nu.244.ver. extenditur ergo.
de qua re tamen, idẽ dubitat in remed.15.q.35.num.
253.verſ.declaratur primo, qua in quæſtione latè diſ-
5 ſerit, an exceptio † reſeruationis ſpecialis obijci poſſit
cõtra agentẽ reintegrari ad poſſeſſionẽ beneficij, quę
ampliatio corroboratur ex traditis à Do.Rot.in dec.
3.aliàs 16.ſi contra agentem poſſeſſorio.de reſti.ſpol.
in nou.quam decisionem ad id, etiam citat Illuſtriſ.
Cardinalis Alban.in lucubra.ad Bart.in l.ſi de vi.nu.
6.verſ.limita, etiam.ff.de re iud.

Nunc verò primum declaranda eſt concluſ. vt nõ
procedat de eo caſu, quo poſſeſſio cum violentia fuit
occupata à ſpoliatore, quia tunc nõ auditur ipſe ſpo-
liator, & ſi velit incontinẽti probare: dr̃ enim ius ſuũ
6 amiſiſſe: ſecus † vbi abſq; violẽtia, & vitio poſſeſſio ad
illius manus deuenit. qui & ſi vt ſpoliator conuenia-
tur: non tñ dicitur propriè, ſed fictè ſpoliator, quo qui
dem in caſu opponi poterit exceptio dominij ſtatim
ꝓbanda, cũ nõ militet tunc illa ratio, ꝙ manu ſua ſi-
bi ius dixerit, vt in priori caſu. ita docuit Bart.in d.l.ſi
de vi, nu.3.verſ.in eo verò, quod dicit.ff.de iud.& in l.
vlt.nu.11.C.vnde vi.exemplũ afferens in caſu.d.l.vlt.
vbi ẽt eſt gl.ibid. in verſ. per ignorantiã, quam dicit
* eſſe * cõiter approbatam. Alex. in l.naturaliter. §. ni-
hil cõe.ſub nu.14.ff.de acq.poſſ. & ꝙ cõcluſio noſtra
non ꝓcedat in ficto ſpoliatore aſſeruit.Corſ. in tract.
fall.ad reg.ꝙ ſpol.ante omnia reſt.fall. 10. atq; Iaco.
Nouel.in ea.reg.incip.vulgaris eſt reg.limit.10. & 15.
Afflict.in d.rub.25.nu.43.& Rip.in c.ſæpè.nu. 65. in
fi.de reſtit.ſpol.quos ſequitur Gabr.in d.conclu.1.ſub
nu.45.verſ.primo limita.de reſtit.ſpoliat.lib.5. & latè
tuetur Menoch.in d.q.21.nu.245. & 246.

Secundò ſublimitatur concluſio, vt non habeat lo
cum, quando petitur reſtitutio coniugis, & probatio-
nes obijciuntur incontinenti de conſanguinitate: tũc
7 enim † conſanguinitatis impedimentum, ſi inconti-
nenti poteſt probari, non conceditur, ante oĩa coniu-
gis reſtitutio.ita ſenſit But.in d.c.1.nu.24.& in d. c. li-
teras.vbi Abb.nu.5.Alex.in d.§.nihil cõe.num.20.in
5.fallen.Corſe.in d.reg.ꝙ ſpoliatus ante omnia reſti.
fall.6.& 36.ac in ea.reg.Nouel.limit.6.Gab.in d.con
cluſ.1.nu.46.verſ.ſecũdo limita.& infra.nu.168.limi.
29.Menoc.vbi ſup.nu.248.& 318.& Illuſtriſ.Cardi-
nalis Alban.in ſuis lucubrat.ad Bartol.in d.l. ſi de vi.
num.5. in fi.

Tertiò limitanda eſt eadem concluſio, quãdo im-
8 mineret † periculum: nã tunc ſpoliatus ante oĩa non
eſt reſtituendus, ſi imminens periculũ deductũ pro-
bari poteſt incontinenti.dolo enim tunc is dicitur fa
cere, cũ petat id, quod ſtatim, & cũ periculo eſt reſti-
tuturus, iux.gl.in d.l.dolo. ff.de exceptio. doli.ita do-
cet Bero.in d.c.1.nu.34.de reſtit.ſpol.Illuſtriſ. Cardi
nalis Alban.in d.l.ſi de vi.ſub nu.2. verſ. item limita.
ac Menoc.vbi ſup.nu.247.& plenè idem in d.remed.
* 1.q.28.vbi *communem teſtatur.& per Gab.in d.cõ-
cluſ.1.nu.149.cum plurib.ſeq.limit.23.

Quartò concluſionem limita, non habere locum
fauore eccleſiæ: cuius nomine factum fuit ſpolium:
nam is ſpoliatus gratia eccleſiæ nõ eſt reſtituendus, ſi
9 ad ipſius eccleſiæ cõmodum † dominij exceptio incõ
tinenti offertur probãda, vt opinatus eſt.Bal. in l. 1. in
fi C.de appel.hoc pacto defendens.gl.in d.l. ſi de vi.
in fi.quem ſequutus eſt. Alex.in d.§.nihil cõe.nu. 30.
fal.13.ea ratione adductus, qa prælatus inuadendo rẽ
eccleſiæ non facit incidere eccleſiã in pœnam.l. ſi qs
in tantam.C.vnde vi.vt placuit gl.in c.2. de dolo, &
contuma.ſed eo caſu, quo quis non incidit in eam pę
nam, põt opponere dominij exceptionem, vt tradit
Ang.in d.§.nihil cõe.ab Alex.relatus, quanquam, vt
videre eſt. Ang.non ſit interpretatus.d.§.nihil cõmu-
ne: hoc tñ ibi dixiſſe Ant.Matth. Rom.n.51. aſſeruit
Menoch.in d.q.21.ſub nu.250.Bald.quoq; & Alexã.
refert ita tradentes.Gab.in d.concl.1.nu.47.verſ.quar
to limit.& infr.nu.163.limit.26. Ad quam limitatio-
nem, videas modo relato loco. eundem Menoc. qui
nu.351.verſ.arbitror tamen.contra Bal. & Alex. ſen-
ſit, & eos oppugnat, per ea, & quæ ibi adducit: alios ẽt
ante ſe contra ſentientes referens, quos itidẽ refellit.
10 Quomodo autem † hoc in caſu intelligatur incõ-
tinenti aliquid probari, & intra quod tempus conſu-
las.eundem Menoch.in d.q.21.nu.253. verſ. dubitari
tamen contingit.& ſupra citatam noſtram, concluſ.
687.nu.21. verſ. ſed quæret à nobis quiſpiam, quibus
in locis latè de hoc diſſeritur.

## CONCLVSIO MCCCXXXV.

### ARGVMENTVM.

### Spolium, quomodo poſſit probari

### SVMMARIVM.

1 *Spolium probatur per publicum inſtrumentum, in re tem-
pore eiectionis confectum.*
2 *Verba narratiua inſtrumenti, narrantis reiectionem
inter ipſas partes probant ſpoliationem.*
3 *Verba narratiua inſtrumenti, inter ipſas partes, & contra
hentes probant.*
4 *Spolium non probatur per inſtrumentum, quando nota-
rius narraret in illo ſe fuiſſe præſentem, quando ille, qui
dicebatur ſpoliaſſe, obtinuit a Curia Regia fructus au-
ferri ſpoliato, & dari ſibi.*
5 *Spolium non probatur per inſtrumentum, quando agitur
criminaliter.*
6 *Spolium in corporalibus probatur, ex prohibitione facta
ne talis vteretur iure ſuo.*
7 *Spolium probatur ex eo, quòd quis ſemper recuſauit, &
recuſat, alterum ad poſſeſſionem admittere.*
8 *Spolium probatur, etiam ſi de poſſeſſione, quis ſponte receſ-
ſit, & reuerſus non admittitur.*
9 *Mulier de domo viri ſponte recedens, ſi volens redire non
admittitur, intelligitur expulſa.*
10 *Spoliare dicitur, qui recuſat ſoluere in iudicio, quod ſolue-
re tenetur ſingulis annis.*
11 *Spoliare dicitur, qui denegat reſtitutionem rei.*

12 Colo-

12 *Colonus recuſans ſoluere pẽſionem domino, dicitur eum ſpoliare.*

13 *Spoliare dicitur, qui penſionem, quam ſingulo anno ſoluere debebat, ſoluere recuſat.*

14 *Spoliare dominum ſubditus dicitur, quando illi obedire recuſat.*

15 *Spoliare non dicitur, qui non expreſſè, ſed tacitè tantum reſtitutionem rei denegat.*

16 *Spoliare non dicitur debitor, quando non expreſſè ſoluere recuſat, ſed tacet, vel differt ſolutionem.*

17 *Spolium antiquum probatur per famam, & teſtes de auditu auditus.*

18 *Spoliatus, probato ſpolio, res ablatas ſuo iuramento probare poterit.*

*Et an iſto iuramento deferendo, pars citari debeat, ibidem num. 19.*

1 **Spolium** †non ſolùm per confeſſionẽ partis, vel per teſtes, ſed etiam p publicum inſtrumentum in re tempore eiectionis confectum probari poſſe, conuincitur ex inſigni ad hoc contextu in c. cum ad ſedem. ibi, per inſtrumenta. de reſtit. ſpol. ad idem reſpondet Bero. in conſ. 45. in cauſa, qua agitur. nu. 14. verſ. ſecundo dico. vol. 3. ſubiungens, quòd licet verba poſita in inſtrumento de eiectione mentionem facientia videantur verba narratiua, quæ aliàs probare non ſolent, tamen ſi narrarent
2 eiectionem † inter ipſas partes, probant ſpoliationẽ
3 fuiſſe factam: quia verba † narratiua facti inter ipſas partes, & cõtrahentes probant, authore. Bart. in l. ſciẽdum. nu. 4. ff. de verb. oblig. & auth. ſi quis in aliquo. nu. 1. C. de eden. vt & nos aliàs declarauimus in verſ. enunciatiua verba. in concl. 621. nu. 28. in 6. limit. ad concluſionem. vol. 2.

Limitatur primò concluſio, vt tunc per inſtrumẽtum nõ probetur ſpolium, quando notarius narraret in illo, ſe fuiſſe præſentem, quando ille, qui dicebatur
4 † ſpoliaſſe petijt, & obtinuit à Curia Regia auferri fructus ſpoliato, & dari ſibi: ita tradit Lance. in tract. de attenta. 3. par. c. 26. de probatio. attenta. nu. 95. verſ. pro qua facit. ex recollec. Achil. deciſ. 154. noluerũt Domini, de fid. inſtrum. ea ratione, quia notarius, nõ debuit rogari, niſi de his, quæ ipſe faciebat, vel partes eum rogabant, præſertim cum ſoleat dici, quod per inſtrumenta non probetur delictum.

Secundò reſtringitur concluſio, vt nõ procedat, cũ
5 agitur † criminaliter ſecus ſi ciuiliter: nam ſi ciuiliter agatur, ſpoliũ per inſtrm notarij poſſe probari, decidit Pute. in deciſ. 10. in vna Calagurit. nu. 1. lib. 2. hoc idem ſentientem refert Fely. in c. cum in eccleſ. col. vlt. nu. 8. verſ. fallit 7. de maior. & obed. vbi ita per illum text. determinat. & ita intelligit procedere text. in d. c. cum ad ſedem: quia non agebatur ibi, vt ſpoliatus puniretur de ſpoliatione, ſed vt reſtitueret rẽ, qua ſpoliauerat alium: ſubiungens ſic, etiam tenere Dom. in d. c. cum in eccleſ. vbi & ipſe refert iſtud fuiſſe dictũ Lap. de Caſtel. ibid. vnde ſcripſit Bal. Iac. Butrig. dixiſſe in l. contra negantem. ad fi. C. ad legẽ Aquil. ꝙ quando agitur ciuiliter, faciliùs probetur crimen per inſtrumentum, & ſic accipienda eſt concluſio noſtra, & quòd in priori limitatione diximus: hanc eãdem limitationem attigimus in verſ. delictum. cõcl. 499. nu. 7. in 2. limit. vol. 1. & prius in verſ. crimen, cõcluſ. 460. nu. 20. in 7. limit. eo. vol. 1.

6 In incorporalib. † aũt probabitur ſpolium, ſi doceatur quẽ, aut eius miniſtros prohibitos fuiſſe ꝑ eo, vti iuriſdictione: ita. n. ex hac prohibitione vtendi ipſa re in incorporalib. probari ſpoliũ, reſpondit Bero. in cõſ. 58. in cauſa ſpol. col. vlt. nu. 17. verſ. nec eſt ꝓbatũ vol. 3. ex tex. vbi Inno. & alij in c. querelam. de elect.

7 Inſuper probatur † ſpoliũ ex eo, ꝙ quis ſemper recuſauit, & recuſat alterum ad poſſeſſionem admittere, vt poſt allegatos à Crauet. ipſemet concludit. in cõſ. 107. Anto. Cofferi. nu. 3. & in conſ. 140. in cauſa ſpo-
8 lij. nu. 1 vbi iſtud procedere dicit, etiam ſi qs † de poſſeſſione ſpontè receſſiſſet: quia reuerſus nõ admittatur, dicitur ſpoliari, vt habeẽ in c. intelleximus in ver. ſpõtanea de adulter. in c. literas. de reſtit. ſpol. & in c.
9 ſignificaſti. de diuor. vbi ſi † mulier de domo viri ſpõtè recedat, ſi tamen volens redire non admittatur, intelligitur expulſa, vt in ſimili concludit Alex. in cõſ. 78. viſo, & diligenter ponderato proceſſu, nu. 2. vol. 5. relatus ab eo. Crau. nup citato loco: ſimile eſſe dicẽs
10 in eo, qui in iudicio recuſat † ſoluere, quod debet ſingulis annis, quia dicitur creditorẽ ſpoliare quaſi poſſeſſione perci piẽdi ſuũ annuum cenſum, vt tradidere interpretes ab eo ibid. citati. accedit Crauet. Cæph. in conſ. 289. Spect. dominus Fr. Maſſa. nu. 22. vol. 2. idem voluit dominus Claudius Bertaz. inter cõſilia ciuilia D. Bartholomæi patris, in cõſ. 123. cũ in remedio. nu. 19. verſ. 3. vol. 1. eundẽ quoq; Crau. ſequutus eſt Rol. à Val in conſ. 6. quoniã nu. 37. cũ nõnullis ſeq. vol. 2.
11 & ꝙ per denegationẽ † reſtitutionis rei dicatur, qs poſſeſſione priuari, probat mihi cõtext. in l. ſi quis rem. ff. de acq. poſ. l. 1. §. quęſitũ. in fi. ff. quo. lega. l. cũ fundus. & in l. colonus. ff. de vi, & vi arma. qbus iuribus adductus Cyn. in l. competit. in 3. q. C. de præſcrip. 30. ann.
12 determinat, ꝙ colonus † recuſans ſoluere penſionem domino dicatur eũ ſpoliare, in quã ſñiam concordes citat Ruin. in conſ. 165. arbitror. col. 2. ſub nu. 3. & 4. vol. 1. idẽ tradit Abb. in c. quærelam. in 3. no. de elect.
13 vbi inquit, ꝙ tunc dicitur † quis ſpoliatus, qñ penſionẽ petit ab eo, q iſtã ſoluere ſibi conſueuerat, & à quo illã ſæpius perceperat, & ille ſoluere recuſauit: nam eo ipſo, ꝙ ſoluere negat, ſpoliare dicitur: allegat Inn. in c. ſuborto. de re iudic. vbi dicit, quod tunc ſubditus
14 † dicitur dominũ ſua quaſi poſſeſſione iuriſdictionis ſpoliare, ſi ſibi obedire recuſauit. idem voluit Dec. in conſ. 136. in cauſa Reuerẽdi. col. 1. ſub nu. 1. vbi rñdit, quod qñ debitor penſionis recuſauit illã ſoluere creditori propter voluntatẽ, non propter impotentiã, dicatur illũ ſpoliare, per text. in d. c. querelam ſic quoq; conſuluit Ang. in conſ. 72. incip. ſtatuto antiquo. quẽ citat Dec. in d. cõſ. 136. ad idẽ rñdit Abb. in cõſ. 23. incip. in cauſa, quæ ad præſens. col. vlt. ſub nu. 2. verſ. ꝓbatur etiã vol. 2. quibus ſe ſubſcripſit Gig. in tract. de penſio. q. 47. nu. 1. hoc idẽ ante eũ latè confirmat Fel. in c. licet cauſam. nu. 2. verſ. no. 12. de probat. ad idem rñdit Bero. in conſ. 43. & conſ. nonnullæ dubitationes, nu. 13. vol. 3. & in conſ. 119. in cauſa monialium, nu. 2. verſ. & ex prædictis infero, co. vol. 3. Declaratur hæc ſpoliationis probatio, vt procedat, qñ quis negat reſtitutionẽ expreſſè poſſeſſionis ipſius rei: tunc enim demũ aliũ priuat poſſeſſione, ſi ab eo res petatur, &
15 expreſſè reſtitutio denegetur, ſecus † ſi tacitè, ita ſenſit Alex. in d. l. ſi quis rẽ. ad fin. ff. de acq. poſ. cui accedit Ruin. in d. conſ. 165. ſub nu. 4. verſ. ad iſtud rñdetur, vol. 5. dicens hoc ẽt eſſe de mente Bart. in l. vlt. ff. de precar. Ob id ipſemet Ruin. ibi rñdit p ſimplicẽ retentionem alicuius rei non præcedẽte interpellatione, & expreſſa denegatione, quẽ non poſſe dici poſſeſſione ſpoliatum, ſed ex ea tantummodo debitorẽ conſtitui in mora, qnimo ſubiungit Ruinus, etiãſi in-
16 terpellatio † expreſſa præcederet, & debitor nõ denegaret reſtitutionẽ, ſed taceret, & ſoluere differret, per hoc creditor ſua quaſi poſſeſſione exigẽdi non eſſet ſpoliatus; qñ, vt diximus, vt amittaẽ poſſeſſio, reqritur expreſſa contradictio, & propterea nõ ſufficit tacere, & differre, vt ibidem latiùs hęc ipſe comprobat.

17 Spolium itidẽ antiquum † probari per teſtes de fama, & auditu auditus, determinatum in Rota in vna Placen. refert Iac. Put. in deciſ. 76. in vna Placen. & in deciſ. 78. fuit concluſum in vna Placen. lib. 1. adeò, vt ſufficeret etiam præſumptiua probatio ad probandũ primum extremũ, vt idem refert Put. in deciſ. 75. dubitauit D. Proſp. lib. 3. quæ omnia probauit Lancel. in d. tract.

d.tract.de attenta.par.3.c.26.nu.86.& 87.ſub ver. circa ſecũdam inſpectionem.vbi nu.88.hæc multo magis in attentatis admitti debere contendit, cum ſint fauorabiliora ſpolio,vt idem optimè deduxit.in eo. tract.3.par.c.30.nu.6.cum plur.ſeq.licet quo ad illud de auditu videatur dubiũ,per ea,quæ in d. c. 26.n.99.

Ad hæc ſpoliatus non tenetᷓ res ablatas ꝓbare ꝑ te
18 ſtes,ſed ſufficit ꝓbare vim per teſtes:de rebus † autem ablatis ſtabitᷓ illius iuro.c.vlt.ꝙ met.cau. ita decidũt Dom.Rot.in deciſ.1.aliàs 157.libellans. ꝙ met. cau. in nou.in dec.16.aliàs 409.nota, libellans interdicto vnde vi,de reſtitut.ſpol.in antiq.in deciſ.3.aliàs 359. fuit dubitatũ vtrũ damna. de iniur.in antiq. vbi additur vnũ,nẽpè ꝙ præcedat taxatio iudicis,prout loquitur.d.c.vlt.& l.ſi qñ.C.vnde vi.ſemper.n. iſta iura intelligi debent ꝓcedente taxatione iudicis: hoc idem confirmat Bellam.in deciſ.580.dicens, ꝙ iurm in caſu.d.c.vlt.& d.l.ſi quãdo, non defertur pro probatione ipſius violentiæ, ſed ſupponit violentiã probatam per teſtes,& quòd ipſe res ablatæ ꝓbentur per iuramẽtum ſpoliati,decidit idem Bellam.in deciſ.480. licet ſm̃ communem,vbi vult,ꝙ probata violentia per teſtes,vel famã, eſt locus delationi iuramenti reſpectu fructuũ,qui percipi potuerunt,& ſequuntᷓ gl.& Doc. in c.dilecti, de foro comp.Mil. ẽt in reper.in verbo,libellus procedit in verbo,probatio rerum,ac in verbo probatio damnorum. Animaduerte tñ,quòd illud,ꝙ dixere D.Rot.in d.deciſ.3.aliàs 359. de taxatione facienda per iudicem, procedit quo ad æſtimationem rerum, ſed ſuper quantitate rerum ſtabitur iuramẽto damnum paſſi,& ita loquitur.d.c.vlt.quod met.cau. vbi Abb.in poſtremis verbis, qui ita declarat.

19 In qua quidem † iuramenti delatione,quoad quantitatem pars non eſt citanda, licet quoad æſtimationem citanda ſit,iuxta ſententiam Dominorum Rot. in deciſ.2.aliàs 299. licet quoad taxationem, ꝙ met. cau.in nou.& hæc omnia dicta ſint præter ea, quæ in hac materia probationis iuramenti rerum ablatarũ tradidimus in verbo damnum.cõcl.471. per tot. vol. 1. vbi vberrimè materiam hanc examinauimus.

## CONCLVSIO MCCCXXXVI.

### ARGVMENTVM.

Spontaneam conſtitutionem innocentiam arguere.

### SVMMARIVM.

1 *Spontanea conſtitutio maximum eſt innocentiæ indiciũ.*
2 *Fuga inducit præſumptionem contra fugientem.*
3 *Comparitio perſonalis purgat indiciũ cauſatum ex fuga.*
4 *Spontè comparens,etiamſi ex delicto veniret pęna corporis puniendus, nihilominus præſtitis fideiuſſoribus debet relaxari.*
5 *Spontanea conſtitutio purgat omne indicium, quod eſſet contra ſe ſpontè conſtituentem.*
6 *Spontè comparens,quando alij inquiſiti fugam arripiunt, debet abſolui.*

1 Spontanea † conſtitutio maximũ indicat innocẽtiæ indiciũ, cum nemo ita fatuus ſit,& inſanus,q ſi eſt nocens,& verus delicti reus,velit ſe priuare libertate,& conſtituere ſe in carcerẽ,putans celare veritatẽ, q̃ finaliter mori nõ põt:ideò ex ea,quẽ innocentẽ ꝓſumi teſtatᷓ Alba.cõſil.94.n.7. vbi dicit hmõi ꝓſumptionẽ multũ poſſe,& habere ſecũ naturalẽ rõnem,atq; quotidianã experiẽtiam,idem ſenſit Alc.in cõſ.453.nu.5.verſ.4.vbi inqt
2 ꝙ ſicuti † lex cõtra fugientẽ ꝓſumit,arg.l.lege Corn. §.ꝑterea.ff.ad Sillan. ita pro innocẽtia remanẽtium, ſiue ſponte ſe conſtituentiũ ꝓſumendũ eſt.arg. l. quis ſit fugitiuus.§.1.& ibi Bart.ff.de ædil. edict. ꝙ plurib. proſequitur Marſ.in pract.crim.§.diligenter.nu.204. vſq; ad nu.209.& Per.Calephatus conſ.103.nu.15.in fi.in 1.vol.conſ.crim.Cæpola cõſ.31.incip. ſuper homicidio verſ.10.& vlt.Corn.conſ.58.num.2.lib.2.vbi
3 expreſsè vult † cõparitionẽ ꝑſonalẽ purgare indiciũ cauſatum ex fuga. Rip.in l. admonendi. nu.65.ff.de iureiur.Boer.deciſ.215.nu.17.Decia.reſp.83.n.30.lib. 3.Afflict.in conſtitutio.humanitatẽ, & in cõſtitutione,clemẽtiæ,Carrer.pract.crim.in verb.obſeruare curabis.nu.158.verſ.item eliditur indiciũ,vbi vult indicium innocentię reſultare,quando imputatus ſponte comparet, cũ taliter cõparens,ẽt quod veniret pœna
4 corporis afflictiua puniendus, tamen † debet fideiuſſoribus præſtitis relaxari, ita etiã nouiſſimè ſenſerunt Petr. Franc. Macaſſola, & Io.Matthæus Amizonus Doct.Placent.in his conſilijs ad defenſ. Illuſtr. Frãc. Vicecom.verſ.1.ex eius ſpontanea conſtitutione.

Amplia,vt adeò operetur ſpontanea cõſtitutio, ꝙ
5 tollit omne † indiciũ, ꝙ eſſet contra ſe ſponte conſtituentẽ.ita Bertaz.conſ.crim.348.num.7.lib.2.& ante eũ.Marſ.d.§.diligẽter.nu. 204. & in conſ.117. nu.49. Carrer. in prin. d. ſuæ pract.nu.158.col.2. Nouel.latè in tract.crim.ad defenſ.tit.reſpon.10.reo.in conſt.nu. 10.fol.70.idem Bertaz.conſ.crim.223.nu.13.li.1.Grãmat.conſ.29.nu.31.& ſeq.Blanc. in pract.in §. prædicto.n.131.fol.136.Thob.Non.conſ.101.nu. 2. Berta. conſ.crim.133.nu.7.eo.lib.1.Hieron.Gabr. conſ.138.
6 nu.26. Ideò quando † aliquis ex aſſiſtentib. in loco rixæ,ſe præſentat ſpontè ad carceres,& negat offendiſſe aliquo modo occiſum,vel offendentib.operã, aut auxilium præſtitiſſe, alij verò imputati de delicto nõ comparent, ſed fugam arripiunt, tales comparentes ſpontè dẽnt abſolui,ita cõſuluit Berta.in cõſ.335.nu. 8.lib.2.crim.de mente Thob.Non.in d.conſ.101.n.2.

## CONCLVSIO MCCCXXXVII.

### ARGVMENTVM.

Sponſalia, quomodo probentur contracta.

### SVMMARIVM.

1 *Sponſalia,quid ſint.*
2 *Sponſalia probantur per ſimplicem ſponſionem inter virum,& mulierem.*
3 *Sponſalia probantur,ſiue in præſens,ſiue in futurum,verba concipiantur.*
4 *Sponſalia probantur per aſſertionem ſponſi, & ſponſæ.*

1 Sponſalia † ſunt mentio,ac repromiſſio futurarum nuptiarum,vt inqt Iuriſconſultus in l.1.de ſponſal.ex qua diffinitione ſatis apertè colligitur, ꝙ ſponſalia fuiſſe contracta erit ꝓbatum,ſi ſimplex ſponſio † inter virũ, & mulierem in-
2 teruenerit,veluti ſi mutuo dicant, accipiam te,&c.ꝙ enunciatũ elicitur, ẽt ex c.ſi inter virum.c.1.& c.is,q eo. tit. de ſponſ. vbi plenè Doctor.vt præcipuè Abb. Hoc ꝑterea ſenſit Dec.in conſ.368.nu.2.per tex. in c. pen.eo.tit.& Fr.Curt.in conſ.142.nu. 6. per doctrinã Docto.in c.ex par.eo.tit.de ſpon.Idem voluit Tiraq. in tract.de retract.conuent.ad fin.totius tit. nu. 77.& Abb.in c.ex literis, de eo, qui cogn.conſan.vxo.ſuæ. Mart.de Garat.inter conſ. matr. conſ.17.nu.1.& hæc
3 procedunt ſiue † in præſens,ſiue in futurum tͣ̃s verba concepta fuerint, vt ꝑ ipſum Mart.Garat. ibi, & per
4 Dec.loc.ſup.cit.& ſponſalia fuiſſe contracta † ſponſi, & ſponſæ teſtimonium probare illud nobis optimè oſtendit, ac argumento eſſe põt, ꝙ ea ſolo conſenſu contrahantur,vt inqt Iuriſc.in l.4.ff. de ſponſ. & Do-
* ctores * oẽs cõprobant in l.1.nu.4.ff.de verb. oblig.ſi enim ſponſi,ac ſponſæ conſenſus ſolus ſponſalia conſtituit,cur iiſdẽ de eo atteſtantib. fidem præſtare non debemus?Et hanc eandẽ rõnẽ de matrimonio, verba

faciens

faciens adduxit, ac reddidit conſulendo. Dec. in conſil. 133. poſt nu. 2. Quinetiam ex hoc ſolo, ꝙ huiuſmodi atteſtatio ipſorum voluntatem, ac conſenſum demonſtrat, atq; explicat, dicendum erit, ꝙ etiamſi verè prius contracta non fuiſſent ſponſalia, eo ipſo cōtrahuntur, quòd de mutuo deſiderio, ac voluntate partium fidem faciant, vt poſt Coraſ. lib. 1. Miſcellane. Iuris. c. 4. nu. 2. docet eruditiſſimus Menoch. in tract. de arbit. iud. caſ. 103. nu. 1. de qua tamen re dicas, prout nos latè ſcripſimus ſupra, dum matrimonij materiam explicauimus, vbi cætera, etiam ad ſpōſalia ſpectantia non deſiderabis adiunctis præcipuè his, quæ diximus in concl. 100. in verbo, Annulus, & concluſ. 129. in verſ. arrhæ. cum ſimilibus.

Spurius cum iiſdem modis, quis probetur, quib. legitimus oſtenditur, vt inqt Natt. conſ. 473. nu. 44. vol. 2. Burſ. conſ. 98. nu. 6. vol. 1. & de legitimitatis probatione ſatis copioſè tractauerimus ſup. in uer. filiatio, & in uer. legitimus, idcirco ne eadem ſæpius repetamus, ea quæ hoc loco de ſpurietate dici poterant omittere decreuimus.

## CONCLVSIO MCCCXXXVIII.

### ARGVMENTVM.

### Statutum teſtibus probari poſſe, & quomodo probetur vſu non receptum.

### SVMMARIVM.

1 *Statutum poteſt probari per teſtes.*
2 *Statutum de eſſentia non requirit ſcripturam.*
3 *Statutum vſu non receptum dicens probare debet.*
4 *Statuentes ſe incontinenti correxiſſe dicens, probare debebit.*
5 *Statuti mēs illa præſumitur, quæ hactenus fuit obſeruata.*
6 *Statuta ex naturali ratione, præcipuè interpretantur.*
7 *Statuti ratio talis præſumitur, qualis eſſe debet.*
8 *Statutum fuiſſe ſublatum, quomodo probetur.*

1 Statutum † teſtibus probari poſſe tradidit Abb. in rub. de conſti. nu. 3. vbi et Fel. & Imo. nu. 3. facit, ꝙ voluit Bal. in l. 1. §. fi. C. de cad. toll. ꝙ perdito uolumine ſtatutorum pōt eorum
2 tenor probari per teſtes, & ratio eſt, quia † de eſſentia ſtatuti nō requirit̃ ſcriptura, ut poſt multa firmat Fel.
* ubi ſup. nu. 4. qui etiā* eōem dicit, & ſequitur ibi Imo. nu 4. qua de re tamen dic, ut ibi per ſcrib. pcipuè Fel. & nos ſup. aliqua attigimus. concl. 421. Si aūt cōtige-
3 rit dubitare ſtatutū ſit vſu receptū necne, negāti † vſu receptum probandi onus incumbet. Dec. conſ. 534. nu. 9. Hercu. de prob. neg. nu. 26. infertur 28. quia in dubio ſtatutum præſumitur vſu receptū, vt inquit Bart. in l. in illa. col. 2. ff. de verb. oblig. & conſ. 44. iudex cōmunis Tuderti. quē ſequitur Ioſeph. Lud. conclu. 54. verſ. in dubio aūt, & idē ſenſit Benint. dec. 13. nu. 9. ea ratione, qa ſuperioris iuſſa ſeruare tenemur, & qui illa nō ſeruat, peccat: ideò ꝓ excluſione peccati ſtatutū præſumitur vſu receptū, vt etiā voluit Rol. à Vall. conſ. 90. nu. 54. lib. 1. ſicut, & probabit ille, qui incō-
4 tinenti † allegat ſtatuentes ſe correxiſſe. Bal. in l. pe. C. per quas perſ. nob. acq. l. nō ad ead. ff. de condi. & demōſt. & per tradita à ſcrib. in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet.
Et generaliter pro ſtatutis animaduerte, ꝙ ſemper
5 † illa mens ſtatuētiū fuiſſe preſumitur, q̄ hactenus fuit obſeruata. l. minimè, & l. ſi de interpretatione. ff. de legib. Alb. cōſ. 27. nu. 11. vel illa, quæ rationabiliter de-
6 buit eſſe. Cacher. deciſ. 58. nu. 10. vbi dixit, ꝙ † ratio naturalis in ſtatutorum interpretatione potiſſima eſt Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore. nu. 302. ff. de vſucap. &
7 ratio ſtatuti † talis præſumitur, qualis eſſe debet. Bal. in l. omnes populi. col. 10. ff. de iuſt. & iur.

Secundò generaliter nota, ꝙ ad probandū ſtatutū fuiſſe ſublatū, non ſufficit probare non vſum ipſius ēt
8 per mille annos, niſi ille non vſus † haberet implicitū actum affirmatiuum contrariū ſtatuto, ita Alex. conſil. 45. nu. 5. lib. 2. ponens exemplum, ſi domus minabatur ruinam, et nunq̄ fuit præſtita cautio damni infecti, quia non fuit petita, non per hoc cēſebitur ſublatū ſtatutum diſponens caueri debere de damno infecto: ſecus aūt eſſet, ſi iſte non uſus haberet implicitum actum affirmatiuū, ueluti ſi bona, quæ æqualiter ſunt diuidenda inter filios, ex rōne naturali. l. inter filios. C. fam. erciſc. l. fi. C. de lib. præter. fuerint ex lōga conſuetudine data in totū primo genito, quia tūc lex præcedens cenſet̃ ſublata, vt per Alex. ibid. qui ita dicit ſenſiſſe Nicol. Matt. et Cyn. in l. 2. C. q̄ ſit lon. cōſ. et DD. in c. fi. de conſu. in 6. et in l. de quib. ff. de legib. Bart. in proœ. ff. §. et antea. Cald. conſ. 3. de cōſu. in fi. dicens, ꝙ requiritur aliquis actus contrarius, non autem ſufficit nō vſus, quia non entium nullę ſunt cauſæ c. cum nemo. 3. q. 1. c. ad diſſoluendū. de deſpō. impub. Io. And. in c. cū Ioan. de cler. coniuga. idē voluit Brun. in conſ. 36. col. 2. Abb. in d. c. cū Ioan. conſ. 57. in 2. dub. lib. 2. Pet. Rau. de ſtatutis lect. 4. nu. 57. et 60. et ſeq. 5. nu. 64. cū plurib. ſeq. Roch de Cur. de ſtatutis, in præfatione. nu. 29. et non vſus dr̄, qui nō habet implicitam affirmationē contrariā legi, vel ſtatuto, nec in ſubſtātia, nec in forma, vt quia nō accidit caſus, in quo legē oportuerit obſeruare, vel ſi accidit, ꝙ homines nō fuerunt vſi tali ſtatuto pro tali caſu, tñ nō fecerūt cōtrariū, vt p Pet. Rau. et Roch. de Cur. in loc. cit. Poſſem hoc loco plurima ſubijcere, ex quibus ſtatuta declarantur, et interpretantur: ſed qm̄ ad extenſiuā potius, quam probatoriam materiā pertinent, idcirco ea omittere decreui, quæ tamen latiſſimè apud Bal. et Bart. in ſuis reg. ſuper ſtatut. Alber. Brun. Campeg. Lancel. Gallia. Laur. de Palat. Steph. Lamber. et cæteros qui de hac re præcipuos tractatus ediderunt, vnuſquiſque per ſe nullo negotio videre poterit.

## CONCLVSIO MCCCXXXIX.

### ARGVMENTVM.

### Sterilitas quomodo probetur.

### SVMMARIVM.

1 *Remiſſio fit conductori propter ſterilitatem.*
2 *Sterilitatem allegans probare debet.*
3 *Sterilitas probatur per communem opinionem, & famam.*
4 *Sterilitas probatur, quando vltra expēſas, nihil percipitur ex fructibus.*
5 *Sterilitas probatur, quando deductis impenſis, conductor fuit deceptus, vltra dimidiam mercedis præſtandæ.*
6 *Sterilitas dicitur, quando conductor, non percepit dimidiū eius, quod percipere conſueuerat.*
7 *Sterilitas dicitur, quando conductor non percepit dimidiū penſionis ſoluendæ.*
8 *Sterilitas, quādo dicatur, ad hoc, vt conductori fiat remiſſio, iudicis arbitrio relinquitur.*
9 *Sterilitate probata fit remiſſio conductori, ſiue ſimplex, ſiue ad longum tempus ſit locatio.*
10 *Emphyteutæ propter ſterilitatem fit remiſſio, quando penſionem magnam in recompēſationem fructuum ſoluit.*
11 *Sterilitate vniuerſali probata is, qui dicit agrum ſuum ſterilem non fuiſſe probare debet.*

1 Licet ob ſterilitatem † fructuum cōductori fiat remiſſio, vt per Bart. et alios in l. ex conducto. §. 1. et in l. ſi merces. §. vis maior. ff. locati. & in
2 l. licet. C. eo. tit. tamen † is, qui ſterilitatem allegat, illā probare debet, ita reſpondit Corn. conſ. 128. num. 27. vol. 2. arg. tex. in l. amor. C. de prob. & ibi Bar. & Bal.

In

In probanda, autem ſterilitate multæ fuerunt opi-
3 niones:prima fuit,quòd probabitur ſterilitas †per cō-
munem omnium opinionem, & famam, vt quia eſt
cōis opinio,quod illo anno fuerit ſterilitas,ita reſpō-
dit Bal.conſ.329.caſus talis eſt.nu.3. vol. 1. de mente
Inno. in c.propter.de loca.& iſtam opinionem ſequi
tur gl.in d.l.licet.C.locati.in d.l.ſi vno.ff.locati. & eā
* approbant Goffr.Hoſt. & * communiter Doctor. ſe-
* cundum Io.And.in c.propter.de loca.prout eam*cō-
munem etiam dicit Corn.d.conſ.128.nu. 26. & Ne-
uiz.conſ.90.num.2.

4 Secunda fuit opinio,ꝙ tūc cenſeať † eſſe ſterilitas,
qñ vltra expenſas nihil percipiť ex fructib.arg.l. lega
tū.ff.de ann.leg. & l. ex eo. ff. de vi.tri.& oleo lega.&
hanc refert Bart.in d.l.ſi merces.§.vis maior.ff.loc.&
cū iſta videtur ſe ſatis conformare.gl.1. in d. c.ꝑpter.

Tertia fuit opinio, ꝙ tunc cenſeatur eſſe ſterilitas,
5 † qñ fructus deductis expenſis circa ipſos fructus oc-
currētib.cum illæ fructus diminuant.l.fructuſ. ff. ſol.
matr.l. 1.C.de fruct. & lit. expen. ipſe conductor fuit
deceptus, vltra dimidiam iuſti pretij, vt quia fructus,
qui ſuperſunt,non aſcēdant ad valorē medietatis pre
tij,ꝙ ſoluit ipſe conductor pro mercede,& hanc opi-
nionē retulit,& ſequutus eſt Bart.in d.l.licet, & in d.
l.ſi vno.§. vbicunq;. & Bal.in d.l.licet, & illam am-
plexi ſunt Iacob. de Rau.& Pet.de Bellaper. vt refert
Cyn.in d.l.licet,& cū iſta tranſit Abb.in d.c. propter.
in 1.reſpō.ea ratione, quia eſt contractus bonæ fidei,
& bona fides non patitur,quem ita decipi,vt l.2. ff. de
reſcin. vend. & facit tex.in d.l.licet ibi, rationem tui
iuxta bonam fidem haberi, &c.

6 Quarta opinio fuit,quod dicatur ſterilitas,†quādo
conſiderato eo, quod conſueuit percipi pp aliquem
caſum reperiatur conductor non percepiſſe dimidiā
eius,quod percipi conſueuit, & ſic non habuit dimi-
dium eius,ꝙ conſueuit habere,& hanc opinionē ap-
probat Ant.de But.in d.c.propter,& fuit opinio. glo.
in d.l.ſi vno.& Azo.in ſumma in ti.de loca.§.1.verſ.
item agitur ex conducto. & ratio eſt, quia tunc dici-
tur conductor affici magno incommodo, prout aliàs
in ſimili cenſetur magnum incommodum, & enor-
mis læſio,quando à principio tēpore contractus,quis
decipitur vltra dimidiā iuſti pretij,prout voluit Inno.
in d.cap.propter.approbans hanc opinionem,& pri-
mam,quod attendatur vulgi opinio.

Quinta fuit opinio, quod tunc iudicetur ſterilitas,
7 quando †non percipiuntur tot redditus,qui aſcendūt
ad dimidiam eius, quod percipi conſueuit, & ex ea
cauſa reſultat damnum aſcendens ad dimidiam mer
cedis conuentæ,prout hāc opinionem pluries appro-
bauit Corneus ſaluando, & concordando dictas opi-
niones diuerſas,& ꝑcipuè.conſ.128.nu.26.in fi.& iſtā
* opinionem*cōem atteſtatur.Bero.cōſ.131.nu.1. li.1.

Ego autem,vt his ſupranotatis meam addam opi-
nionem,dicerem,ꝙ poſtq̃ iura ſtatuunt tunc demum
remittendam penſionem ob ſterilitatem,quando in-
teruenit magnum, ſeu intolerabile incōmodum, vt
d.§.vis maior.& c.propter.nec declarant, quando di-
catur tale magnum,ſeu intolerabile damnum, ſit re-
8 linquendum iudicis † arbitrio,qui attenta perceptio-
ne fructuum, & valore ipſorum,ex qualitate perſona
rum iudicet,quod ſibi æquum videbitur.arg.l.primę.
ff.de iure deliber.c.de cauſis de offi. deleg. &c.

Prima,autem opinio procedat, quādo generaliter
ageretur de probanda ſterilitate, non autē in caſu re-
miſſionis penſionis, niſi & communis illa opinio eſ-
ſet circa ſterilitatem adeò grauem,& magnam, & ta
lem deponerēt teſtes ſuper publica voce, & fama de-
ponentes, quæ ſufficeret magiſtratus arbitratu ad ob-
tinendam remiſſionem,eo quia de maxima teſtifica-
rentur,prout animaduertit Grat.conſ. 161. nu. 10. cū
ſeq.& de qua etiā per Bero.d.cōſ.131.ferè per tot.li.1.

9 Quæ amplia,vt procedant,ſiue†in ſimplici,ſiue ad
longum tempus locatione,in qua probata ſterilitatē
remiſſio habebit locum, vt firmant Cyn. Pet. & Bal.
in l.1.C.de iur.emph.Pet.de.... & Io.de Imo.in cap.
potuit,in gl.pen.de loc. Ang. in §. quia vero Leonis.
in Auth.de non alie.quos referendo ſequitur Bero.d.
conſ.131.nu.2.lib.1.Aret.conſ.2.

10 Subamplia, vt idem ſit † in emphyteuta, dūmodo
non ſoluat ſolùm quid minimum in recognitionem
directi dominij ſimpliciter, ſed penſionem magnam
in compenſationem fructuum,& quaſi tantum,quā-
tum conductor ſimplex, vel ad longum tempus ſol-
uiſſet: nam tunc conductori ſimplici æquiparatur,&
de eo, vt de colono ſimplici, vel ad longum tempus
iudicatur,ita Bero.d.conſ.131.nu.4.per ea,quę voluit
Paul.de Caſt.& alij poſt gl.in l.pen.ff. loc. Bar.in d.l.
1.in 2.oppo.& in gl.pen.C.de iu.emph. ibiq; Moder.
Ang.Aret.in §. adeo.Inſti. de loca.& faciunt no. per
Alex.poſt Barto in l.interdum.§.qui ex naufragio.ff.
de acq.poſ.& in conſ.112.lib.1.

Probata autem ſterilitate vniuerſali is, qui agrum
11 † ſuum ſterilem non fuiſſe prætendit tenetur in ſe ſu-
ſcipere onus illud probandi, cū contra ſe habeat præ-
ſumptionem reſultatam ex generali aliorum agrorū
ſterilitate ita reſpondit Neuiz. d. conſ. 90. num.7. de
mente Odofr.& Alberici in d.l.licet, & Saly. in d.l.ſi
vno.& Io.And.in d.c. propter.col.1.

## CONCLVSIO MCCCXL.

### ARGVMENTVM.

### Stipulatio quomodo probetur per teſtes.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtis de ſtipulatione deponens, eam non probat. Contr.nu.3.ibid.*
2 *Teſtis debet deponere de eo,quod ſenſu percipit.*
4 *Teſtis ſuper ſtipulatione reddēs dicti ſui rationem probat.*
5 *Teſtis deponens de his, quæ ſunt iuris debet etiam non rogatus dicti ſui rationem aſſignare.*
6 *Stipulatio ad hoc,vt per teſtes probetur, debent ij, etiam non rogati dicti ſui rationem reddere.*
7 *Stipulationem non probant teſtes dicentes præceſſiſſe interrogationem, & ſequutam reſponſionem, niſi dicant id inter præſentes actum fuiſſe.*

1 Teſtem †de ſtipulatione deponentem eam
minimè probare,author eſt Bar.in
l.1.nu.4.C.de vſur.inquit enim,quod nō concluderet
eius dictum.Nam cum ſtipulatio ſit iuris,nō auditur,
2 nec videtur,ſed intelligitur:teſtis† autem dēt depone
re de eo,quòd ſenſu percipit.l. qui teſtamento.§.fi.ff.
de teſti.& l.3.C.de teſt.& hanc eandem rationem ad-
ducit Ang. Aret in d. §.ſi ſcriptū.inſtit.de inutil.ſtip.
* eamq; communē eſſe dicit. Idem confirmat ipſemet
Bart.in d.l.ſciēdum,nu.6.ff.de verb.obl.eamq; ſequi-
tur Pau.de Caſt.in d.l.1.C.de vſur. & Iaſ.in l. 1.§.adi-
piſcimur,nu.21.ff.de acq. poſ. p gl.in d.l.1.C. de vſur.
& ita conſulendo rñdit Alex.conſ.173. nu.7. vol.7.

3 Contra† Bart.& aliorū ſnīam tenet Ripa in rub.de
verb.obl.nu.7.& contrariam ſenſit etiam Rom.in d.
l.ſciendum.ff.de verb obl. & Sal. in d.l.1.C.de vſuris.

Limita ſuperiorem concluſionem,quæ eſt cōmu-
4 nis,non eſſe veram,qñ teſtis redderet†rationem dicti
ſui, per quam pateret p ſenſum corporeum percepiſ-
ſe ſtipulationē,quemadmodum facere tenetur teſtis,
5 quando deponit†de his,quę iuris ſunt veluti,ſi dicat,
quod præceſſit talis interrogatio, & ſequuta fuit talis
rñſio,prout eſt de forma ſtipulationis,ita tradit Iaſ.in
d.l.1.§.adipiſcimur,poſt nu.21.de acq.poſ.per ea,quę
no.in l.teſtiū.C.de teſt.et p Inn.& Cano.in c.cū cām,
de teſti.& hoc idē voluit Alex.d.cōſ.173.loco citato

per

* per ea,quæ no.gl.& * cõiter Doc. in d.l.ſciendũ. ff.de verb.obl.& Bal.in l.1.in pen.car.C. de fid.inſtr.& iu. haſtæ fiſ.lib.10. & Anto.de But. & Abb.in c.ſicut.de re iudic.

Amplia limitationem,vt ad effectum, ꝙ teſtis pro
6 bet ſtipulationem † debet etiam non interrogatus talem rationẽ dicti ſui per ſenſum corporeum perceptibilem reddere,aliàs non probaret,ita tradit Bart.in l.3.C.de teſta.& Inno.in c.cum cauſam.de teſtib.quos referendo ſequitur Alex.vbi ſupra.

Sublimita tñ hanc limitationem,qñ quãuis teſtes dicant interrogationem præceſſiſſe, & ſequutam reſponſionem,non tamen probant ſtipulationem, niſi
7 dicant † illud inter præſentes actum fuiſſe,vt trad.Ripa in l.ſtipulatio.§. qui præſens.nu.1. ff.de verb.obli. per gl.in l.iuriſgentium.§. ꝙ ferè in ver.contrarium. ff. de pac. quomodo autem probetur abſentia in ſtipulatione,latè diximus nos in concl.9.nu.1.vol.1.

## CONCLVSIO MCCCXLI.

### ARGVMENTVM.

**Verbum promitto,in ſcriptura redactum,an faciat præſumi ſtipulationem.**

### SVMMARIVM.

1 *Stipulatio præſumitur ex eo,quòd in actis reperitur,quem promiſiſſe.*
2 *Stipulationem facit præſumi verbũ promitto,etiam in priuata ſcriptura poſitum.*
3 *Inſtri ſimplex appellatio,priuatã ſcripturã comprehẽdit.*
4 *Verbũ promitto non importat ſtipulationẽ, vbi probaret, nõ præceſſiſſe interrogationem, & ſequutã reſponſionẽ.*
5 *Verbum promitto, ſcriptum lingua vernacula ab homine iuris ignaro, non importat ſtipulationem.*
6 *Stipulatio non pręſumitur ex verbo promitto,poſito in materia contractuum innominatorum.*
7 *Verbum promitto,vbi contractus eſt validus iure ſpeciali, accipitur pro nuda promiſſione.Contr.nu.8 ibid.*
9 *Teſtis deponens aliquẽ promiſiſſe, non probat ſtipulationẽ.*
10 *Stipulatio,quãdo præſumat interueniſſe in fideiuſſione.*

1 Stipulatio † præſumitur ex eo, qđ in ſcriptis,& in actis iudicij reperiatur aliquẽ promiſiſſe,vt ſenſit Imper. Iuſt.in §.ſi ſcriptũ.Inſti.de inutil.ſtip.& Bar.Alex.& Iaſ.Caſt. & cæteri in.l.ſciendũ.ff.de verb.obl.quod comprobauit ẽt Fulg.in l.1.ff.de contrah.& cõmit.ſtipu.& Cag.in l.le-
* cta.nu.29.ff.ſi cer.pet.vbi hanc * cõem Doct.opinionẽ dicit, & hoc voluit ẽt Rui.in cõſ.131.nu.3.vol.1.
2 Amplia idem procedere ẽt † in priuata ſcriptura, quæ eodemmet modo facit, vt præſumat̃,ſtipulationem interueniſſe, tradit Dec.in d.l.lecta poſt nu.9.ff. ſi cer.pet.inquit enim quod Imp.in d.§. ſi ſcriptũ. nõ loquitur ſpãliter de inſtr̃o publico, ſed de inſtr̃o ſim-
3 pliciter,quo caſu noĩe inſtrumenti etiã priuata † ſcriptura cõprehenditur,ad no. per Bar.in l.1.C. de iura. calum.Fel.in rub.de fid.inſtr. & hãc ampliationẽ tuetur Cag.ipſe in d l.lecta,loco citato,facit,ꝙ tradit gl. & Bar.in d.l.1.C.de contrah. & commit. ſtip. & voluit Caſtr.in l.1. C.de vſuris, & ita conſulendo rñdit. Soc.ſen.in conſ.267.præſens conſultatio.volum.2.& Bertaz.in conſ. ciuil.59.nu.22.vbi ait; quod ſtipulatio præſumitur interueniſſe in quacunq; ſcriptura obligationis,vel promiſſionis per ea,quę tradit Bal.Nouel.in rub.de verb.obl.nu.2.

Primo limita concluſionem non habere locũ, qñ
4 probaretur † non præceſſiſſe interrogationem, & ſequutam fuiſſe reſpõſionem, nã tunc nuda promiſſio ſine ſtipulatione intelligeretur: cũ enim promiſſio faciat præſumere ſtipulationem, ſi probetur contrariũ ceſſat ea præſumptio,vt habet̃ per Bar.in d.l.ſciendũ. in pen.col.de verb.obl. & tradit Cag. loco ſup.alleg.

Secundò limitatur concluſio,ſi verbum promitto,
5 fuerit ſcriptũ † lingua vernacula ab hoĩe iuris ignaro,prout tradit Caſtr.in d.l.1.C. de vſuris, & Iaſ. in d. l.lecta.col.4.& Soc.in d.cõſ.167.per ea, quæ no. gl.in l.ſi nepotes.ff.de teſta.tutel.& ſenſit Bart. in l.ſi qs filiab.eo.tit.& Bal.in l.lege 12.tabul.C.de legit.hæred.

Tertiò limita,qñ verbum promiſit,ponitur in ma-
6 teria † contractuum innominatorum:cũ enim nudo pacto conficiantur, verba ſecundũ ſubiectã materiã ſunt accipienda,ac intelligenda, non ergo eo caſu ꝑ ſtipulationẽ, ſed per pactũ nudum interpretabimur, ita ſenſit Alex.& Aquẽ.in d.l.ſciendũ,& Bru.in trac. de forma.in art.prob.& præſum.ſol.& for.col.30.per doctri.Bal.in l.ſicut.de obli. & act.& Aret.idẽ voluit in conſ.113.clariſſimè, quos referendo ſequitur etiã Cagn.vbi ſupra,& ita reſpondit Rui.in conſ. 131.nu. 3.vol.1.per eam doctrinam Bal. in d.l.ſicut.

Quartò limitatur concluſio, vt ꝓcedat tantummodo, quando contractus eſſet de iure cõmuni validus,
7 ſecus † ſi iure ſpãli: exemplũ eſt in promiſſione dotis incertæ.l cum poteſt. §.gener. ff.de iur.dot. quo caſu accipitur pro nuda promiſſione, ita voluiſſe videtur Bal.in d.l.1 C.de dot. promiſ.& Aret. in d.l.ſciendũ. col.4.de verb.oblig.

8 Contrariam † ſententiã tenet Alex. & Aquenſ. in d.l.ſciendum,& Brunus loco citato,quam etiam veriorem.dicit Cagn. vbi ſupra.

Vltimo reſtringe, ac declara, ꝙ dictũ fuit de pro-
9 miſſione in ſcriptura non procedere in teſte, qui † & ſi deponat aliquem promiſiſſe,non idcirco intelligit
* per ſtipulationem,vt tradunt, ac * communiter concludunt Doct.in d.l.ſciendum,& voluit Abb.in cap. ſicut nobis.nu.19.de re iud.

10 Quando vero ſtipulatio † pręſumatur interueniſſe in fideiuſſione, explicauimus plenè in concluſ. fideiuſſio.781.vol.2.

## CONCLVSIO MCCCXLII.

### ARGVMENTVM.

Stipulationem præſumi realem, & tranſitoriam ad hæredes.

### SVMMARIVM.

1 *Stipulatio in dubio præſumitur facta pro ſe,& ſuis hæred.*
2 *Nominato Titio,eius hæredes nominati videntur.*
3 *Pater ſtipulando filio, an præſumatur ſtipulari, vti filio, an vti hæredi.*

1 Stipulatio † realis,& pro ſe,& ſuis hæredibus in dubio facta pręſumitur, tex.eſt in l.iuriſgẽtium.§.pactorũ.ff.de pac.& in l. ſicut.§.pe.ff.quib.mod.pig vel hyp.ſol. & in l. ſi pactũ, in fi.ff.de prob.Nã vt ibi inquit Celſus, plerunq; non tam nobis,quã hæredib.noſtris cauemus. Idẽ conſtituit Iuſtinianus in l. veteris. C.de contrah. & cõmit. ſtip.& hoc voluit Iaſ.in l.ſi ſic ſtipulatus.ff.de ver.ob. poſt nu.6.& Bar.in l.qui furtum.§.fi.ff.de pac.& in l. ſi ſit magna,de verb.obl.& in l.tale pactum. in princ. et in l.niſi,ff.de pac.et in d.l.ſi pactũ.ff.de prob. et referendo ſequitur Iaſ.in conſ.217. immunitas,vel exẽptio.col.1.vol.2.ac ſenſit Alex. in cõſ.13. perſpectis, his,vol.5.quem referendo ſequitur Dec. in conſ.162.
2 nu. 3.inquit enim ibi,quod † nominato Titio,eius hęredes nominati videntur, per no.à Bal. in l.1.C. quo. leg.facit,quod Bar.in l.ſi ſeruus.la 2.ff. de cond. furt. et Bal.in l.ſi.C.de act.emp.et Ale.in conſ.18.attentis narratis.vol.5.no. ꝙ qui tñ de facto ſuo proprio promittit, non excludit hæredem, et hanc cõcluſionem

tuetur nouiſſimè Cæphal.in conſ.245.nu.60.vol.2.& in conſ.43.nu.2.vol.1.vbi ait ſtipulationem in dubio cenſeri realem,ac ad hæredes tranſire.

3 An autem pater † ſtipulando filio præſumatur ſtipulari ipſi vti filio,an vti hæredi,pluribus explicauimus in conclu.pater.

## CONCLVSIO MCCCXLIII.

### ARGVMENTVM.

### Stuprum quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Stuprum coniecturis,& præſumptionibus probari poteſt.*
2 *Stuprum probatur ex acceſſione furtiua, & nocturna ad mulierem,& alijs adminiculis.*
3 *Stuprum etiam ad effectũ amittendæ dotis, coniecturis,& præſumptionibus probatur.*
4 *Stuprum probatur per teſtes, & alios aliàs inhabiles.*
5 *Stuprum commiſſum non fuiſſe conijcitur ex eo,quod nullus rumor in vicinia oritur.*
6 *Stupratæ mulieris iuramẽto ſtatur,an fuerit virgo,necne.*
7 *Stuprum ſe non commiſiſſe in caſu punibili aſſerens,id debet probare.*
8 *Stuprator virginis honeſtæ,ſi à ſtatuto puniat,qualitas honeſtatis probãda eſt,ad hoc, vt pęna ſtatuti locũ habeat.*

1 Stuprum † cũ ſit ex iis, quæ cõiter occultè committi ſolẽt, coniecturis, & pręſumptionibus probari põt,vt quia iuuenis cum puella ſuper, vel iuxta lectũ repertus fuerit, maximè qñ vterq; vel alter eorum,nudus repertus fuiſſet,c.literis.c.3.loco,de præſumpt.glo.in c. ſi quis acceperit
2 35.q.1.Itẽ † ex acceſſione nocturna, & furtiua ad mulierem, & alijs huiuſmodi, ſtuprũ probari manifeſtũ eſt,vt latè oſtẽdit Aug.Bero.q.84.nu.7. Blan.in tract. de indici.nu.69. Gem.conſ.54.num.61.vol.4. Ferret. conſ.128.nu.22. Anch.q.75.n.7. Menoc.conſ.31.nu. 18.Pet.Barbo.conſ.crim.95.num.12.& ſeq. Soc.iun. conſ.32.vol.2.qui tñ omnes, vt plurimũ loquũtur in adulterio.ſed & ad ſtuprũ trahi poſſunt, cum in probatione à pari procedant, & ita eos in terminis ſtupri referunt,ac ſequunt̃ Bertaz.conſ.crim.20.nu.7.vol.1. Burſa.conſ.69 nu.10.vol.1. vbi plura ad propoſitum congerunt,& idem voluit Lap.allegat.54.nu.5.

Amplianda eſt iſta concluſio, vt ẽt per iſta ſigna,
3 & coniecturas probetur † ſtuprum ad amittendã dotem,vt voluit Soc. iun.conſ.32. vol.7. Alex.conſ.77. nu.2.vol.7. Burſa.d.conſ.64. num.11.lib.1. Bertaz.d. conſ.20.nu.8.

Secũdò ſuperius dictis ſimile admodum eſt, ꝙ cũ iſtud crimen vt plurimum,imo ſemper occultè,& ſe
4 cretè committatur,† teſtes domeſtici,& aliàs inhabiles admittuntur ſaltem quoad faciendũ indiciũ, iuxta diſtinctionem à nobis ſuo loco traditã.gl.in l.ſi.C. de accuſ.quam videtur ſequi Alc.de præſump.reg.1. præſump.39.q.4.quem ad id refert,ac ſequitur Lanci. Conr.in ſua pract.§.3.tit.de ſtupratorib.nu.8. fo.587. quod ẽt voluit Iul.Clar.in pract.crim.lib. 5.§.ſtuprũ, verſ.quæro nunquid ſtuprũ, vbi dicit hanc opinionẽ eſſe veram,& in practica obſeruari.

Iſtud autem non eſt prætereundũ,ꝙ cũ à communiter accidentibus, qñ mulier cum viro cohabitat, ſi ſtuprum intercedit,oritur fama, & rumor, de hoc in
5 vicinia, idcirco ſi nullus rumor † oritur, ceſſat omnis mala ſuſpicio,vt voluit Crau.conſ. 205.nu.13. quem ſequutus eſt Lancel.Conr.in ſua pract. loco ſupra alleg.fol.387.num.8.

Illud etiam eſt notandũ, ꝙ ſi aliqua mulier ſtuprata dicatur,& dubitet̃ an fuerit virgo,ad hoc,vt ſtuprũ
6 dici poſſit, ſtatur iuro † mulieris aſſerentis ſe virginẽ fuiſſe,vt ingt Cat.in c.1.de adul.Barb.in add. ad Bal. in c.1.§.iniuria.in apoſtil.reſpondeo, de pace iuram. firm.ſequitur Caſſ.in conſue. Burg.ſub rub.des iuſtic. & droct's dicelles rub.1.n.42. fol.16. quẽ ſequitur Iodocus Damouder.in pract.crim.c.92.in fi. de quo tamen vide in conclu.Virginitas.

Nec etiam te volo fraudare eo,ꝙ voluit Nat. cõſ. 421.nu.12.& ſeq.vol.2. ꝙ ſtuprũ in aliquib. nõ eſt punibile,ſed is,qui dicit ſe commiſiſſe ſtuprũ in caſu nõ punibili debet probare,cum regula ſtet in contrariũ,
7 & qui regulã habet pro ſe,intentionem ſuam fundatam habet,vt tradidimus ſupra in concl.regula.

Animaduertendum eſt etiã, ꝙ ſi ſtatutum puniat
8 ſtuprãtem virginẽ honeſtam,iſta qualitas † honeſtatis probanda eſt,ad hoc, vt pęna illius ſtatuti locũ habeat,cum iſta qualitas ſit aggrauatiua delicti, vt latè tradidit Burſa.d.conſ.69.in prin.lib.1.& nos ſupra.in concl.Qualitas,ſatis copioſè attigimus.

Sed quæ ad probationẽ ſtupri pertinẽt, ſumere potes in oĩb.ex concl.Adulteriũ, coitus, copula carnalis,cũ à pari per oĩa procedant. ſolũ.n.eſt dĩa, ꝙ ſtuprũ cũ virgine, & vidua, adulteriũ cũ vxore alterius cõmittit̃,ea igitur, quæ tradita ſunt de ꝓbatione Coitus cũ vxore, tradere poteris ad ꝓbationẽ copulæ cũ virgine,vel vidua,ſolo noĩe mutato,& ita faciũt Burſa.& Bert.vbi ſup.& cęteri, q de hac materia loquũt̃.

## CONCLVSIO MCCCXLIIII.

### ARGVMENTVM.

### Stylum non præſumi, ſed alleganti probandi onus incumbere.

SVMMARIVM.

1 *Stylus non præſumitur.*
2 *Stylum alleganti incumbit onus probandi.*
3 *Stylus non probatur,niſi per teſtes iuratos.*
4 *Stylus,vbi nõ reſpicit deciſionem cauſæ,poteſt iudex ſuper illo ſe informare.*
5 *Stylus vbi eſt contra ius,debet plenè probari.*
6 *Stylus vbi eſt notorius,poteſt iudex ex ſuo officio ſuper illo ſe informare Etiam parte non citata,vt ibid. nu.7.*

1 Stylus cũ ſit facti,vt dicit Fran.Aret.in conſ. 103.nõ præſumit̃ † regulariter,niſi probet̃,ita trad.Pariſ.in cõnſ.168. Et ſi iudicis officiũ,nu. 15.vol.4.per doctr.Bar.in l.Labeo,ff.de ſuppel.leg.& Fel.in c.2.col.8.& in c.ſup literis,col.6.de reſcr. Curt. iun.in conſ.16 col.6.facit optimè,ꝙ trad. Dec. in reſpon.5.nu.42.vol.1. vbi refert gl. idem ſentientẽ in l. 1.C.quæ ſit long conſue.& Bar. in l.præſcr.C. ſi cõtra ius,vel vtil.pub.& ſenſit Rebuf.in trac.de cõſue. ſtyl. & forma,gl.13.nu.49.qui cit.Barb.in cõſ.3.clementiſſimi, col.11.vol.2. ita etiã reſpondent Rol. à Val. in conſ.3.nu.35.& Corn. in conſ.277. nu.6.vol.3.& nouiſſimè etiam Bertaz.in conſ.ciuil.39.nu.21. per tex. in l.de quib.cum ibi not.ff.de legib.

2 Hinc eſt, ꝙ ſtylũ † alleganti incumbit onus probãdi,vt conſulendo ſcripſit Bart.Soc.in conſ.56. poſt.n. 51.vol.4.cũ cæteris, quos ibi recenſet, & cenſere hoc idẽ Dec.ac Bertaz.locis citatis,& tradit Ang. in §.ex nõ ſcripto,Inſti.de iur.nat.gen.& ciu. & Guid.Pap.in cõſ.119 nu.4.& confirmat Bero.in cõſ. 46.n.5.vol.3. per Doctrinã Io. And.& cæterorũ in c. fi.de conſuet.

Et amplia ꝑdicta adeo procedere,ut teſtes,q ſuper
3 ſtylo deponũt † debeãt deponere iurati, aliter nõ probãt,ut ſcribit Guid.Papæ in conſ.119.nu.4.& Bero.in conſ.40.nu.7.uol.3.ubi inquid,qđ ſtylus ꝑ teſtes legitimos,& legitimè examinatos ꝓbari dẽt,& ꝓſtito eis iuro per tex.l.iuſiurãdi.C.de teſtib. & in iudicio corã iudice,uel ſaltẽ coram Notario actuario, ꝑ c.2.de teſtib.& c.qm cõtra.in uerſ.teſtiũ depoſitiones, de ꝓb. Bar.& alij in l.de qb.ff.de leg ſcribẽtes in c.fi.de conſuet.facit tex.ĩ auth.de fi.inſtr.in §.ſi uero aliqd tale.

Sed

Sed tamen declara, ac reſtringe, vt hæc procedant tantummodo, qñ ſtylus allegaretur ad deciſionẽ cauſarũ, & litium: plenè enim tunc eſſet omnino probandus, trad. Bar. in l. lege Iulia, ff. de teſtib. cũ alijs quos referẽdo ſequit̃ Rebuf. in d. trac. de conſ. ſtil. & form.
4 d. gl. 13. nu. 53. ſecus ſi probatio † ſtyli nõ reſpicit deciſionẽ cauſæ: tũc enim põt iudex ſe informare nemine ẽt citato de antiquis illius Curiæ Aduocatis, & Procuratoribus, vt ſcrib. Bar. in l. 3. §. fi. ff. de teſtib. & Bal. in l. vnica, C. vt quæ deſunt aduoca. par. iud. ſupple. & in practica ſibi in facto cõtigiſſe hoc ſcribit Ang. in d. §. ex non ſcripto. Inſt. de iu. nat. gen. & ciui. vbi etiã confirmat Io. Fab. col. 3. dicens, ꝙ ita ſolet obſeruari, & hos Rebuf. cum alijs, quos citat loco alleg. nu. 52.
5 Secundo declara eadem procedere † ſi ſtylus ſit contrarius; tũc enim plenè penitus debet probari; ſecus ècontra, vt voluit poſt Curt. in repe. cap. fi. q. 8. de conſ. & Dec. in conſ. 402. in cauſa, nu. 12. ipſe Rebuf. vbi ſup. nu. 54.
6 Tertiò declara, ac reſtringe, qñ ſtylus † eſſet notorius: tũc enim etiam iudices poſſunt ſe informare ex eorũ officio, vt habetur per Bar. in d. l. lege Iulia, in fi. ff. de teſti. & hoc no. ſcripſit Cy. in l. 2. C quę ſit long. conſue. quos referendo ſequitur, D. Tiberius Decian. in cõſ. 5. nu. 43. vol. 1. ꝙ etiam ſenſiſſe vr̃ Bal. in l. 1. C. vt quæ deſ. aduoc. & Ang. in d. §. ex non ſcripto, vbi ſup. & Sebaſt. Vant. in trac. de nullit. proceſ. nu. 86. inquit, quod iudex etiã in Camera à Notarijs, ſeu alijs in ſimilib. expertis ſe de ſtylo informare poterit.
Et amplia huiuſmodi limitationẽ ꝓcedere adeo,
7 vt iudex tunc poſſit ſe informare † etiam parte nõ citata, vt paulo ante annuimus, & cõſulendo ita rñdit Alex. in conſ. 14. viſo proceſſu, poſt num. 1. vol. 5. per elegantem doctrinã Bar. in l. 4. ff. de teſt. qui hoc enũciatũ dicit ex tex. in l. 3. §. fi. eo. tit. & trad. Ant. de But. in c. fin. de conſue. & in pen. col. & notanter ipſemet confirmat in c. cum in tua, in fi. de ſponſa.

Plura alia hoc loco in mediũ adducere poſſemus, ſed quoniã alias dicta fuere, & præcipuè in concl. cõſuetudo, & in concl. Reſcriptũ, vbi habes, quãdo propter diuerſitatem ſtyli præſumatur falſitas, idcirco ea in pręſentia conſulto omittimus.

## CONCLVSIO MCCCXLV.

### ARGVMENTVM.

### Subditus, an quis præſumatur, & quomodo probetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Subditus præſumitur, qui paret mandatis, & facit ea, quæ faciunt ſubditi. Contr. ibi. nu. 3. Concil. nu. 5.*
2 *Eccleſia ſi per quadraginta annos cenſum alteri eccleſiæ præſtitit, præſumitur illi ſubiecta.*
4 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*
6 *Subditus olim, hodie etiam ſubditus pręſumitur.*
7 *Mutatio non præſumitur.*

1 Subditus † præſumitur ille, qui paret mandatis, & facit, quæ faciunt ſubditi, inquit Innoc. in c. cũ olim il 2. col. vlt. verſ. itẽ qui paret mandatis, de reſtit. ſpol. per tex. in c. quã progenitores, 28. q. 1. & trad. Bero. in conſ. 165. nu. 21. vol. 3. ſubiectio itaq; ex promiſſione, ac præſtatione pẽſionis, & onerũ probatur, hoc trad. Albẽſ. in cõſ. 34. poſt nu. 6. qui allegat tex. c. omnis animę, de cẽſib. & hoc probat Bal. in l. ſolent. §. nõ vero poſt, nu. 3. de off. pro
2 conſ. vbi ait, ꝙ ſi conſtabit vnam † eccleſiã per ſpatiũ 40. ann. cẽſum alteri eccleſiæ præſtitiſſe, erit probata ſubiectio, & hoc idẽ voluiſſe ipſe Bal. videt̃, in l. indicia poſt nu. 2. C. de rei vendi. & confert, ꝙ reſpondit Cæph. in conſil. 169. nume. 5. volum. 2. & Bero. loco ſupracit.
3 Contrarium † ſenſit Abb. in c. 2. & in c. quanto de
4 cenſib. inquit enim, hoc non probat eſſe † quod ab hoc contingit abeſſe, c. 2. de tranſac. & l. neque natales, C. de probat. & contra videtur facere etiam. cap. conſtitutus, de religioſ. dom. vbi cenſus ſolui dicitur cauſa perceptæ libertatis.
5 Verũ † cõciliare poteris has opiniones hoc modo, vt ſcilicet, per pręſtationem penſionis, quandoq; non omnino inducatur plena ꝓbatio ſubiectionis, ſed tãtũmodo præſumptio quædam, aliquando etiã plena probatio ſecundũ ſubiectam materiã: modo plus minus, vt ex indicijs iudicari poterit: videndũ enim erit an cẽſus fuerit pręſtitus in ſignũ ſubiectionis, veluti, ſi apertè talis animus expreſſus ſit, vel tacitè ex cõiecturata mente, & qualitate præſtantiũ hoc inter partes actum videatur, & hãc ſolutionem fuiſſe de mẽte Innoc. tradit Abb. in d. c. omnis, de cenſib. & ipſe idẽ ſentire videtur in cap. cauſa, nu. 4. de cau. poſ. & proprie. & facit, quod ſcribit Franc. Aret. in conſ. 76. in fi. & Soc. ſen. in conſi. 74. nu. 14. vol. 1.

Plura circa hãc materiam in medium poſſem adducere, verum ea à nobis fuſius tractata fuere alijs locis, & præcipuè in concluſione, eccleſia. 585. & concluſ. iuriſdictio, & in concluſ. obedientia, & concluſ. vaſſallitium ius....

Illud tamen interea nõ omittã, quod Alcia. dixit. in regul. 2. præſ. 12. in tract. de præſump. nimirum, ꝙ
6 ille, qui olim fuit ſubditus † pręſumitur etiã hodie eſſe ſubditus, per tex. vbi Bald. et Abb. in c. prærerea, 2. de tranſact. ꝙ emanauit ex illa regul. quoniam, ſcili-
7 cet, mutatio † non præſumitur, vt à nobis latè dictum fuit in concl. mutatio. quæ eſt ſub num. 1083. vol. 2.

## CONCLVSIO MCCCXLVI.

### ARGVMENTVM.

### Subornati teſtes, an & quando præſumantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Subornatio ex indicijs argui, ac præſumi poteſt.*
2 *Teſtes deponentes per eadem verba formalia, præſumuntur ſubornati.*
3 *Subornati præſumuntur ruſtici, qui ea dicunt, quorum omnino incapaces ſunt.*
4 *Teſtes deponentes per eadem verba non videtur ſubornati, quando alias ſunt perſonæ boneſtę, & probatę fidei.*
5 *Teſtis videtur ſubornatus, ſi interogatus ſuper capitulis, noluit interrogatorijs partis aduerſę reſpondere.*
6 *Teſtis pręſumitur ſubornatus quando probatur eum, qui illum examinandum curauit, alios ſubornare voluiſſe.*
7 *Subornati teſtes videntur, quando deponunt de aliqua clauſula inſtrumenti ante tantum tempus confecti, vt veriſimiliter recordari non poſſint.*
8 *Subornatus videtur teſtis, qui quod primo iuratus dixerat, poſtea reuocat.*

1 Subornatio † ex indicijs argui, ac pſũmi poteſt, vt poſt alios ſcribit Guid. Pap. in cõſ. 75. per totũ, quorum aliqua, quæ mihi legum ſcriptores legenti obuia fuere, referam.
2 Et quidem primo ſubornati † præſumuntur teſtes eadẽmet verba formalia deponẽtes, ita, vt pmeditata, atq; excogitata antea videant̃, author eſt ipſe Gui. Pap. ĩ d. cõſ. 75. poſt n. 2. p tex. ĩ l. teſtiũ. C. de teſt. Ibiq;
3 exẽplificãdo ſubijcit, † qđ ſi ruſtici, et idiotę, quorũ intellect' veriſimiliter tenuis eſt, talia verba, ac ſimas in teſtificãdo ꝓferãt, quorũ penitus incapaces, ac rudes ſũt, ex eo arguere iudex poſſet, qđ ea nõ dixiſſẽt, niſi aliquis

aliqs ipſis dictaſſet,& ideo ſubornatos fuiſſe cōijcere
facilè poterit, & hoc idem ſenſiſſe ·r̄ etiam ero. in
conſ.95. num. 1. vol. 3. per tex. in l. 3.& ibi Bart.in §.
ideoque.verſ not.quod ſi teſtes ff de teſtibus, & eodē
modo conſuluit ipſe Bero.in conſ.97.nu.1. eod.vol.
3:intellige, vt procedat, quando teſtes deponentes
per eadem verba eſſent aliàs perſonæ ſuſpectæ, & nō
integræ:nā tunc præſumuntur ex eiſdem verbis, & ex
4 alijs præſumptionibus ſubornati, ſecus ſi non † eſſent
aliàs perſonæ ſuſpectæ:nam licet deponant per eadē
fere verba : tamen non præſumuntur ſubornati, ſed
probabunt,ita declarat Bero.d.conſi.94. nu.12.lib.3.
de mente Bald. in tit.de pace Conſtan. §. hæc ſunt
nomina.verſi. item ſacramentum, ad fi.in vſib.feud.
5 Secundò præſumitur ſubornatus † teſtis, ſi deponens
ſuper capitulis, noluit poſtea interrogatorijs reſ
pondere,vel reſponderit quidem, ſed obſcure,ita cō-
probat conſulendo Bero. in conſ. 59.nu.2. vol.3. vbi
ad hoc confirmandum præter cæteros allegat Bal.in
l.2.in 1.colu.verſi.ſed ſi occurrit dubium. C.de eden.
& Alex.in conſi.45.vol.2.& in conſi.98. volum.4.&
Abb.in cap.in præſentia, de proba.
6 Tertiò prȩſumitur teſtis † ſubornatus, quando per
proceſſum probatur eum, qui illum examinādū cu-
rauit voluiſſe cæteros ſubornare,hoc prob.ipſe Guid.
Pap.in d.conſ.75.col.2.in fi. inquit enim quod ſemel
malus ſemper præſumitur malus in eodē genere ma-
li.c.ſemel malus.de reg.iur.in 6.& alijs iurib.vulg.
7 Quartò loco ſubornatos teſtes † poteſt præſumi,
quando deponunt de aliqua clauſula inſtrumenti,
ante tantum temporis ſpatium confecti,vt veriſimi-
liter de ea amplius illos recordari non poſſe argua-
tur,quod trad.Guid. Pap.vbi ſupra,per ea, quæ. no.in
l.quæcunque.ff. ad Velleian.
8 Quintò ſubornatio † in teſte præſumitur,ſi iuratus
primo loco vnū pro vero affirmauit, & ratificauit, ſi
illud poſtea reuocet, vt reſpondit Rol.à Val.in conſ.
16.nu.23.& in conſ.73.num.33. vol.1.quem refert,&
ſequitur D.Bertaz.in conſil.crim.156.nu.13.vol.1.&
poſt Bal.in conſ. 404. vol.4. & conſ. 101. col. 1.in fi.
vol.1.voluit Crau.conſ.6.col.2. & ſenſit Michael de
Accolt.inter.conſ.vlt.volun. conſ.90.num.20.

Ex alijs indicijs præterea præſumi poſſet subornatio, quæ prudentia iudicis per ſe facilè præuidere, atque excogitare poterit,& eorum etiam multa enumerantur ab Octau. Vulpel.in conſ. 103.nu.13. quæ per te videre poteris.

## CONCLVSIO MCCCXLVII.

### ARGVMENTVM.

### Subſcribens ſe ſcripturæ,an & quando illam approbaſſe videatur.

### SVMMARIVM.

1 *Sripturam aliquam cōſcribens, ipſam approbare videtur.*
2 *Subſcribens p̄ſumitur fateri omnia in ſcriptura cōtenta.*
3 *Subſcriptio partium, teſtium depoſitioni æquiparatur.*
4 *Subſcribens cenſetur proprie ſcribere.*
5 *Subſcreptio idem operatur, quod ſcriptura propria.*
6 *Diſpoſitio loquens de ſcribente, habet locū in ſubſcribente.*
7 *Diſpoſitio loquens de negante ſcripturam propriam habet locum in negante ſubſcriptam.*
8 *Statutum ſi iubeat dari exequutionem contra ſcribentem, habet locum in ſubſcribente.*
9 *Inſtrumentum a notario ſubſcriptum, probat perinde, ac ſi à notario totum ſcriptum fuiſſet.*
10 *Subſcribens ſe alienationi rei eccleſiaſticæ, habetur perinde,ac ſi illam alienaſſet.*
11 *Subſcriptio generalis ſufficit ad approbationem ſcripturȩ. Contr.vt ibid.nu 12.Concil.ibid. nu.13.*
14 *Supraſcriptio vim ſubſcriptionis habet.Contrarium.ibid. num.15.*
16 *Subſcribens ſe ſcripturæ,cuius notitiam non habet, ſibi nō præiudicat.*
17 *Subſcribentes ſe ſchedulis vacuis,non videntur approbare ea,quæ ibi poſtea ſcribuntur.*
18 *Vxor alienationi rei ſuæ per maritum factæ ignorāter apponens ſigillum,non videtur illi alienationi conſentire.*
19 *Subſcribens præſumitur habuiſſe notitiam contentorum in ſcriptura.Contr.ibid.nu.22.Concil.nu.23.*
20 *Notarius ſubſcribens ſe inſtrumento præſumitur illud legiſſe, & vidiſſe.*
21 *Teſtis ſubſcribens, non præſumitur ſcire contenta in ſcriptura.*
24 *Subſcribens ſe vt teſtis alicui ſcripturæ, ipſam approbare non præſumitur.*
25 *Notarius conficiens inſtrumentum,non præſumitur conſentire ad ſui præiudicium.*
26 *Subſcribēs ſe ſcripturæ alieno nomine, ſibi nō præiudicat.*
27 *Subſcribens ſe ſcripturæ ratione ſui officij,ipſam approbare non videtur.*
28 *Styli diuerſitas facit falſitatem præſumi.*
29 *Subſcriptio diuerſa,& inſolita,arguit falſitatem.*
30 *Subſcriptio in qua Titius vnum tantum ſocium habens dicat,ego & ſocij,non præſumitur falſa.*
31 *Verba pluralis numeri,poſſunt etiam verificari in ſingulari.*

Quemadmodum is,qui ſcripturam aliquā
1 conſcripſit,ipſam † approbaſſe vr̄, vt tradunt ſcrib.in
c.2.de fid.inſtrum. Alex. & Iaſ. in l. antiquitas,C.de
teſta.Rom. cōſ.303.verſ. Vnum eſt,quod refragatur,
cū alijs pluribus in hāc ſnīam adduc. ab Ant.Gab.in
2 tit.de præſum.concl.3.nu.11. ita ſubſcribēs † pari mo
do præſumitur fateri, ac approbare oīa in ſcriptura
contenta.l.emptor.§. Lucius.ff.de pac.l.ſi ita ſtipula
tus.§.Chriſogonus,de verb.obl.l. fideiuſſor.§.1. ff.de
pign.l.ſicut.§.nō vr̄.ff.quib.mod.pig.vel hyp.ſol.l.ſi
qs ex argentarijs,§.1.in verſ.ſubſcribere,ff.de edē.l.1.
in ver.& ſubſcriptionē,ff.de conſt.prin.l.ſi per epiſto
lam,in verſ.ſubſcriptam.ff.de acq.hære.auth.ꝙ ſine,
C.de teſtam.iuncta auth.ſi modo,C.fam.erciſ.c.ſi qs
presbyterorum,& ibi no.gl.in verſ.ſubſcripſit,de reb.
eccle.non alie.gl.in c.quāto,de his quæ fiunt à prȩla.
ſi conſen.& in c.ex literis,de tranſac. Hoc idē adnot.
ex d.l.emptor.§.Lucius, Bart.Bald.Ang.Fulg. Caſtr.
Alex.& Iaſ.in d.§.Chriſogonus, & in l. quæ dotis. ff.
ſolut.matri.& in pluribus ex ſupracitatis locis. Alex.
poſt alios in l.cū antiquitas,§.cum autem,C.de teſta.
& in conſ.147. Ponderatis his,de quibus in themate,
col.2.& 3.vol.2.Fel.in c.qm̄ contra nu.43.ver.Habes
ergo, de proba. & ibid.Dec.nu.45. Pariſ.conſ.47.nu.
6.conſ.101.nu.57.vol.1.Rim.conſ.162.num.5.vol.1.
Dec.conſ.115.col.2.verſic.comprobatur. Benuenut.
Straccha.in tracta.de adiect. par.4.q.10.num.4. Nat.
conſ.287.nu.4.vol.2.Rol.à Val. cōſ.44.nu.30. vol.1.
Cæpha.conſ.272.nu.85.vol.2.Steph.Lamberteng.in
tract.de contractibus eorū,&c. glo.15.in ver.iurante
marito,vel agnato,nu.3.& 5. Idem Natt. cōſ.651.nu.
4.vol.4. Afflic. deciſ. 104. nu.3, vbi dicit, quod paria
ſunt conſtare aliquid per teſtium depoſitionē & par-
3 tium † ſubſcriptionem.Crau.conſ.73.nu.40. Sebaſti.
Mantic.in tracta.de Inuent.c.7.nu.57. Io.Bapt. Cac-
cialup.in tract. de tranſact. q.12.nu.15. Nat.in repet.
auth.quod ſine,nu.45.C.de teſta Guid. Pancir. conſ.
118.nu.4.cōſ.145.nu.5. Tiber. Decian reſpon.29.nu.
30.vol.2. reſpon.11.nu.48. vol.1. reſpon.39.num.89.
vol.2.reſpon.3.nu.7.vol.3.cum alijs copioſè in hanc
ſententiam deductis per eundem Ant. Gabr.d. cōcl.
3.de præſumpt.in prin.

Cuius

4 Cuius pronunciati ea ratio eſt, quia † ſubſcribens cẽſetur propriè ſcribere, & qui ſubſcripſit perinde haberi, ac ſi totam ſcripturam cõſcripſiſſet. d.l. emptor, §.Lucius.ff.de pact.& d.l.ſicut,§.non videtur.ff.q bus mod.pig.vel hypoth. ſolu.& ita cõcludit Dec.in eo. conſ.115.nu.4.col.4.verſ. comprobatur, & Iaſ.in locis ſupracit.præcipuè in d.§.Chriſog.num.3.& quod ſubſcribens cenſeatur propriè, & virtualiter ſcribere
5 omnia contenta in ſuperiori ſcriptura,& demũ † ſubſcriptionem idem operari, quod ſcripturã propriam, tradunt Nat.in conſ.287.nu.4.Cæph.272.nu.85.Harmannoct.Dec.in rep.l.primæ,§.adipiſcimur, nu.3.ff.
* de acqui.poſſ.Cacher.qui * communem dicit in dec. Pedemon.36.num.3.Rebuf.in tract. de chirogr.& liter.recog.tom.1.cõſtit.in præfat.nu.50. Ruin.conſ. 22.nu.4.vol.4. Iodoc. Damhouder. in encherid.par. aut ſimil.in verſ. ſubſcribere Illuſtriſ. Card.Alba.in lucubrat.ad Bar. in l.Caius.ff. de pignorat.act.& in l. quæ dotis.ff. ſolut.matrim. & in d.l. emptor.§.huius, ff.de pact.Burſat.conſ.241.nu.2. & conſ.253. nu.40. vol.3.& conſ.39.nu.24. volu.1.vbi de magis cõmuni
* opinione * teſtatur, ex quo ſequitur, quod diſpoſitio
6 † loquens de ſcriptura,& de ſcribente,habet locũ pari ratione in ſubſcribente, vt inquit Dec.in conſ.115.
7 col. & verſ.ſupracit.quapropter † diſpoſitio loquens de negante ſcripturam propriam, habet locũ, in negante ſcriptam ab alio, à ſe tamẽ ſubſcriptam, quemadmodum tradidit Bald.in auth. contra qui propriã. C.de non num.pecu.Caſtr.conſ.77.quantum ad contenta,col.2.lib.2. quos ſequutus eſt Dec. qui & eoſdẽ defendit,in c.quoniam contra.num.48.verſ.circa ſecundum,& in d.conſ.115.& idem voluit Nat.in d.authen.quod ſine,nu.48.C.de teſtam. Cui ſententiæ cõſonat id,quod tradidit Ang. in d.§. Chriſogonus,nẽpè quod ſtante ſtatuto iubente dari exequutionẽ cõtra ſcribentẽ ad inſtantiã creditoris, ſi debitor ſe ſub-
8 ſcribat † ſcripturæ, per alium ſcriptæ, dabitur contra eum exequutio,quẽ in hoc ſequuntur ibi Imo.Caſtr. Aret.& Alex.Dec.in d.cap.quoniam contra,eodem nu.48.Ioan.Steph.Lamberteng.in d.tract.de contractibus eorum,d gl.15.in verſ.iurante,nu.5.licet hanc deciſio. Ang.dubiã vocet Hormannoct. Dec.in d.l.1. §.adipiſcimur,nu.4.ff.de acq.poſſ.& nonnullos in cõtrarium citet Iaſ.in d.§. Chriſogonus,nu. 4 ſed & ex
9 ſupradictis ſequitur, quod inſtrumentum † ſcriptum à tertio, à notario tñ ſubſcriptum probat perinde, ac ſi id totum notarius ſcripſiſſet,vt poſt multos relatos concludunt Dec.in conſ.447.col.pen. Rol. à Val.in conſ.44.nu.30.vol.1.Cacher.deciſ. Pedemon.36.per tot. quod latè examinat Gabriel. vbi ſupra, nu.34.& pluribus ſequen. Atque adeo ſubſcribens conſentire
10 videtur in ſcriptura contentis,ꝙ ſe ſubſcribens † alienationi rei eccleſiaſticæ,haberi perinde,ac ſi illã alienaſſet,vt inquit Guliel. Redoan.in tract.de rebus eccleſ.non alienandis.c.26.per totum.

Amplianda eſt primo loco cõcluſio, vt procedat
11 ſiue generalis † ſit ſubſcriptio,ſiue ſpecialis: generalis enim ſufficit,nec ſpecialis neceſſaria eſt:ita tenent Ang.Caſt.Imo.Aret.Ale.& reliqui in d.§.ſi ita ſtipulatus.§.Chriſogonus.ff.de verb. obli.Bald.in auth.ſi quis in aliquo,col.2.ver. vlterius ponamus.C.de edẽ. Ancha.conſ.234.Prius de viribus probationis Fel.in d.c.quoniam contra,nu.48 verſ.limita ſexto,de probatio.& in c.inter dilectos, num.27.de fid. inſtru.Iaſ. in d.§. Chriſogonus, nu. 9. dicens ſufficere ſimplicẽ, ſeu generalem ſubſcriptionem, nec requiri ſpecialẽ, etiam dato, quod aliqua eorum, quæ continentur in ſcriptura eſſent contra ſcribentem. Vnde ſufficeret talis ſubſcriptio generalis, ego talis approbo omnia ſuperius ſcripta, ideo me hic ſubſcripſi, quia tantum operatur genus in ſuo genere, quãtum ſpecies in ſua ſpecie.l.ſi duo.ff.de admin.tuto.l.ſi chorus in prin.ff. de leg.3.& illa verba generalia habẽt relationẽ ad id omne,ꝙ in ſcriptura principali continetur, quia relatio,quæ in ſubſcriptione habetur ad ſcripturam,videtur facta cum omnibus qualitatibus eius,vt inquiunt Bald. in d,auth. ſi quis in aliquo,& Bar.in l.1. ff.ſi famil.furt.feciſ.dicat.Idem voluit Alex.in l.quæ dotis, col.fi.verſ.& ſubdit.ff.ſolu.matrim. & in d.conſ.147.
* num.6.volum.2. vbi magis * communem dicit, & in conſ.14.Viſis,& conſideratis. num.18.volum.6. ean-
* dem * communem dicunt Dec.in d.c.quoniam contra,num.48.Iaſ.in d.§. Chriſogonus.num.9.Tiraq.in l.ſi vnquam,in præfat. num.117. C.de reuoc. donat. Benuenut. Strac.in eod. tract. de adiect. par.4.quæſt. 10.13.Nat.in d.authen.quod ſine,nume.48. C.de teſtam.idem Dec.in conſil.447.in fin. Lamberteng.in loco citato,num.5.Illuſtr. Card.Alban.in d.l. Caius, & in d.l. emptor.§. Lucius, & in d.l. quæ dotis,ſuperius allegatis.

12 Contrarium † voluit Bart.in l.Diuus.§.1.item ſenatus.ff.ad legem Corneliam de falſis, vbi dicit,ꝙ ſi quis ſcripſit ſchedulam in fauorem ſui, & in fauorẽ mei,& ego ſubſcripſi me dicẽs,omnia ſcripta approbo,& mea voluntate ſcripta eſſe dico,talis ſchedula, non valet contra me,ſed debet ſequi ſubſcriptio ſpecialis hoc modo, ꝙ actũ eſt de tali contractu inter me, & talẽ approbo. Hæc enim dicit̃ ſubſcriptio ſpecialis,vt idem inquit in l.1.§. inter filium, eodem tit. quapropter generalis ſubſcriptio ad ea tantum refertur,quæ ſubſcribenti fauorabilia ſunt,vt inquit Bartoli ſententiam probãs Soc. in reg.385. fall.3.in quam ſententiam videtur etiã inclinare Dilect. Duran. de arte atteſtan.in tit.de leg. caut.1. nu.2. & ad eandem corroborandam citatur etiam conſ. Caſtren.350.De caſu preſenti fui requiſitus,cir.fi.alias eſt conſ. 12.nu. 12.verſ.& ad prædicta.lib.3.

13 Conciliari poſſunt † hæ opiniones, vt Bartoli ſñia tunc procedat, quando ſcriptura eſſet à iure prohibita.Iſto enim caſu verum eſt ſpecificatam ſubſcriptionem requiri, vtputa quando ſeruus in teſtamento ſua manu ſcripto, libertatem ſibi aſcripſerit, vel Notarius in teſtamento,de quo rogatus fuit legatum ſibi factum poſuerit,vel qñ in inſtrumento eſſent cancellationes,& interlineaturæ, quia tũc ſpecialis mentio de his facienda eſt in ſubſcriptione, & ita conciliat Felyn.in d.ca.quoniam contra,num.48. Alio modo cõciliari poſſunt ſupradictæ opiniones, vt prima procedat, qñ nõ requiritur aliquid nominatim exprimi, ſecunda autem quando nominatim alicuius rei expreſſio facienda eſt, nec ſufficit exprimi per relationem ad aliud: iſto enim caſu ſpecialis ſubſcriptio facienda eſt, prout declarando conciliat Dec. in d. ca. quoniam contra,num.48.verſ.circa primum. Tertio modo poſſunt conciliari opiniones, vt ſententia Bartoli procedat,quando quis ſe ſubſcriberet ad authorizandum ſcripturam: tunc enim verum eſt requiri ſpecialem ſubſcriptionem,vt inquit Pau.Caſt.in conſil. 209.col.fi.verſ.præterea etiam,vol.1. quem cum ſupradictis refert Gabr.vbi ſupra,nu.4.& ſeq.

Ampliatur ſecundo concluſio,vt procedat etiã in
14 ſupraſcriptione,quæ & ipſa vim † ſubſcriptionis hẽt, vt concludit Bar.in l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi initiũ, nu.35.ff.de eden. vbi dicit, ꝙ ſi Notarius appoſuit in principio inſtrumenti,vel libri ſupraſcriptionem, ſiue titulum, vtputa, hoc eſt inſtrumentũ venditionis, &c.vel hic eſt liber,&c. talis ſupraſcriptio dat fidẽ in ſtrumento,vel libro.quem ſequitur Alexan. in conſ. 147.col.3.verſ.ſi igitur ſubſcribens,volu.2. Gabr. vbi ſupra,nu.16.

15 Cõtrarium † voluit Nat.in auth. quod ſine nu.52. & 53.C.de teſtam.quia iſta ſupraſcriptio videtur eſſe contra vſitatum ſtylum, ꝙ approbatio ſcripturæ ponatur in principio, & ideo iura ſemper loquuntur de ſubſcribente. Vnde videmus, quod in teſtamento in ſcriptis teſtes debẽt ſe in fi.ſubſcribere, vt inquit gl.in d.auth.

d.auth.quod ſine.in verſ.finem.Ang. & Bald.in l.iu-
riſgentium.§. quod fere. ff.de pact. & eodem modo
ſubſcriptio notarij debet poni in fine, non in princi-
pio inſtrumenti, vt voluit gl.in §. ſed ſi inſtrumentũ,
in verſ.adijciatur,in Auth.de inſtrum.cauſ. & fi. Bal.
in l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi initium.ff. de ędẽn.in l.
ad teſtium.§. ſi quis ex teſtib.ff.eod. vbi plus dicit,ꝙ
intitulatio tabellionis, quæ ponitur in principio in-
ſtrumenti, non habetur pro ſubſcriptione, ex quibus
Nat. concludit ſupraſcriptionem non idem operari,
quod ſubſcriptionem.

Limitatur nunc primo loco concluſio,vt non pro
16 cedat,quando ſubſcribens † non legit ſcripturã, eiuſ
que tenoris notitiam non habuit,hoc enim caſu ſub-
ſcriptio illi non præiudicat.ita ſancitum eſt in l.fi.C.
plus vale.quod agitur.idque ibi Bald. ſummè notan-
dum putat, atque ob id infert, quod qui ſe ſubſcribit
in ſchedula vacua,non probat ea,quæ poſt ibi ſcribũ
17 tur,& ſic Domini,& Principes ſubſcribẽtes † ſe ſche-
dulis vacuis, aut eorum ſigilla apponẽtes, niſi primo
fuerint præuiſa ea,quæ ſcribenda erãt, non intelligũ
tur confirmaſſe ea,quæ poſtea ſcribentur, ex quo eo-
rum notitiam non habuerunt. d. l. fin. & ita egregiè
no.Innoc.quem ibi cæteri ſequuntur in cap.2.de fide
inſtrum. Ang.in d.l. ſi ita ſtipulatus.§. Chriſogonus.
ff.de verb.oblig. & in repet.l.ſciendum.col.11.ff.eo.
quæ omnia refert,& probat Iaſ.in d.§. Chriſogonus,
num.12.& ſeq.Fely.in d.c.quoniam contra.num.48.
de proba.vbi etiam ex Bal.notat pro Ciuitatibus mit
tentibus cartam albam alicui domino, quia non vi-
dentur approbare ea, quæ ibi poſtea ſcribuntur, cum
eorum notitiam non habeant.faciunt not.per Bal.in
l.2.C.de reb.alien.non alien. vbi dicit per illum text.
18 ꝙ vxor, † quæ venditioni rei ſuæ per maritum factæ
ignoranter appoſuit ſigillum ſuum, ſibi non præiudi
cat, per quem tex. limitationem noſtrã ſequutus eſt
Pau.Caſt.in conſ.350. de caſu præſenti fui requiſitus,
& per tex.cũ gl.in l.Caius. ff.de pig. act. & in l.1. ∫ ſi
mãdauerit.ff.quod iuſ.& c. ſi quis presbyterorum, de
reb.eccle.non alien.Idem tenuit Soc.in reg.385.in 2.
fal.Nat.in d.Auth.quod ſine,nu.49. C.de teſta.Ruy.
cõſ.22.nu.5.vol.4.Illuſtr.Cardi. Alba. in lucubratio.
ad Bar.in d.l.Caius,& in l.quæ dotis.ff.ſolu.matrim.
Ioan.Steph. Lamberteng.in tract. de contractib. eo-
rum,& c.gloſ. in verſ.iurante.nu.5. cum alijs adduc.à
Gabr.vbi ſupra,nu.27.

Sed quæritur,cui incumbat onus probandi, ſubſcri
bentem ignoraſſe, aut ſciuiſſe cõtenta in ſcriptura,&
quidem frequentiori prudentum conſenſu recepum
19 eſt, ſubſcribentem præſumi † notitiam habuiſſe con-
tentorum in ſcriptura, & idcirco ſi ignorantiam alle
get,ipſam probare debere, ita tenet Bart.in l.1.§.ſi qs
neget,col.pen.ff. quemad.teſtam.aper. Caſt.in d.cõſ.
12.de caſu præſenti,vol.3.Alex.d.conſ.147.colum.1.
verſ. & prædicta. volum.2. Iaſ. in d. §. Chriſogonus,
num.14.Ruin. conſ.193.num.1.volum.2. Natt.in d.
auth. quod ſine,num.59. cum alijs alleg. à Gabr. vbi
ſupra,nu.27. & ſeq. & idcirco Fel.in c. inter dilectos,
20 nu.27.de fid. inſtrum. dicit quod † Notarius ſubſcri-
bens ſe inſtrumento, præſumitur illud legiſſe & vidiſ
ſe,licet in teſte contrarium ſit, quia licet ſe ſubſcri-
21 bat, non præſumitur † ſcire contenta in ſcriptura, vt
tradunt Ruin. in d.conſ.193. & Ioan.de Amic.conſ.
137.col.pen.verſ.præterea,vt ſupradictum eſt. cõtra-
22 rium † nempè, ꝙ ſubſcribentis ignorantia præſuma
tur,voluit Imo.in d.∫.Chriſogonus, per d.l.fi.C. plus
val.ꝙ agit.& quia ignorantia præſumitur in dubio.l.
verius.ff.de proba. niſi aliæ coniecturæ in cõtrarium.
concurrerent,vt quia diceretur in ſubſcriptione,& vi
ſis,& lectis,& c. vel ſubſcribens habuiſſet ſcripturam
apud ſe per aliquod tempus,aut huiuſmodi,quia iſtis
concurrentibus pręſumeretur ſcientia:iſtis ceſſantib.
autem contrarium erit.

23 Sed iſta † Imo.opinio, quæ communiter damnatã
videtur, poſſet cum priori concordare, dicendo, pri-
mam procedere generaliter,& regulariter; poſterio-
rem autem, quando præſumptiones in contrarium
concurrerent, vt quia ſubſcribens eſſet ſcribenti ma-
xima propinquitate, vel amicitia coniunctus, ita vt
veriſimile eſſet,eum fidem habuiſſe, & legere nõ cu-
raſſe ea,quæ in ſcriptura cõtinebantur:tunc enim for
taſſe dici poſſet ignorantiã præſumi,vt ex Iaſ.& Are.
in d.§.Chriſogonus,videtur velle Ioan.Steph. Lam-
berteng.vbi ſup.nu.5.

24 Limitatur ſecundo cõcluſio,ut non procedat,† qñ
quis ut teſtis ſe ſubſcriberet: tunc enim ſibi non præ-
iudicat, ita voluit Bart.in l. Caius.ubi etiam Illuſtr.
Card.Alban.ff.de pign.act.DD.in d.§.Chriſogonus,
præcipuè Iaſ.nu.11. & Fely. in d.c. quoniam contra,
nu.47.Neguſa.in tract.de pignoribus par.3.principa.
memb.1.num.6.Bar.in l.ſicut.§.non videtur.ff.quib.
modis pig.uel hyp. ſol. ubi id extẽdit ad notariũ, qui
25 etiamſi † ſe ſubſcribat inſtrumento,conſentire tamẽ
non uidet,quem in hoc ſequitur Corn.conſ.208.col.
2.uerſ. nec obſtat.3. uol.4. niſi ultra ſubſcriptionem
conſtaret ſubſcribentem fuiſſe authorem,& mediato
rem contractus ut tradit Rom.in l.quæ dotis,nu.49.
uerſ.dum autem quæritur.ff.ſol.mat.

26 Limitatur tertio concluſio, ut non procedat, † qñ
quis ſe ſubſcriberet alieno nomine, quia tũc nullum
ſibi præiudicium facit.l. Titius.ff.de reſcind.uendit.l.
Lucius.ff.de inſtit.actio. gl.in d.c. ſi quis presbytero-
rum,de reb.eccleſ.non alien.Fel.in d.c. quoniam cõ-
tra, nu.45. debet tamen iſto caſu ſubſcribens expri-
mere cuius nomine id faciat,ut inquit Rebuf.in trac.
nominatio. q.16.num.31. & idem eſſet, quando quis
27 ſe ſubſcriberet † ratione ſui officij, ut habetur in d.l.
Lucius.& trad.per gl.& Imo.in d.c.ſi quis presbytero
rũ,niſi fortaſſe eſſet actus,qui ad ſubſcribentes ſe alie
no nomine,uel ratione ſui officij p̃tineret, & poſſent
eum contradicendo impedire: tunc enim ſubſcriben
do ſibi præiudicant ut tradunt Fel. & Gab.ubi ſupra,
apud quos reliqua ſi placebit uidere poteris, quæ ad
iſtam concluſionem pertinent.

Iſtud tantummodo adijciẽdum exiſtimaui, quod
28 quemadmodum regulariter † ſtyli diuerſitas facit p̃-
ſumi falſitatem ut dicit Spec. in tit. de inſtrum. edit.
§.oſtẽſo.uerſ.quid ſi abbreuiatura. Sal.in l.cõtractus.
C.de fide inſtrum. Alex.conſ.14.num.24.uol.1.ita &
29 in ſubſcriptione † idem procedere, author eſt Dec.
reſp.109.num.62.uol.2.ubi reſpondit,quod quædam
literæ cambij,præſumebãtur falſæ, eo quod in eis no-
men cuiuſdã Ioãnis, cuius dicebatur eſſe ſubſcriptio,
erat ſcriptũ per G. cum ipſe eſſet ſolitus in cæteris, il-
lud ſcribere per Ioannes ſcilicet,& non Gioannes ex
inſolitis enim falſitas facilè præſumitur. l. ſi quis ſub
conditione.ff.de condit.inſtit. Cur conſ.74.col.ante-
pen. Ancha.conſ.185.col.ult. & quoniam de falſita-
te,quæ ex ſubſcriptione arguitur ſermo incidit, libet
& hoc loco illud adſcribere,ꝙ tradit Iaſ. in l.ſingula
30 ria,nu. 9.ff.ſi cer.pet.nempè, quod ſi reperiatur † ſub-
ſcriptio, quæ dicat Titius, & ſocij, quamuis Titius
unum tantum ſocium habeat,non tamen idcirco fal
ſa præſumetur talis ſubſcriptio, quod idem ipſe tra-
dit in auth.ſi qua mulier.col. 10.uerſ. iſtas deciſio.C.
de ſacroſanc.eccleſ.& in conſ.145.col.pen.poſt nu.6.
uerſ.ſimiliter quamuis,uol.2.pro qua ſententia facit,
31 quia uerba † pluralis numeri, poſſunt etiam uerifica
ri in ſingulari.l.2.§.ſed ſi unus.ff.de ui bon. rapt.ut in
propoſito tradit Rui.conſ.14.nu.6.uol.5. & idem ſe-
quitur Tiraqu.in l. ſi unquam.in uerſ.ſuſceperit libe-
ros,nu.258. C.de reuoc.dona.

## CONCLVSIO MCCCXLVIII.

### ARGVMENTVM.

Subſtitutum neminem præſumi, ſed talem ſe probare debere.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus nemo præſumitur, ſed talem ſe probare debet.*
2 *Edictum l. vlt. C. de edic. diui Adr. tol. in quibus caſibus locum habeat.*
3 *Relictum ſibi aliquid fuiſſe dicens probare tenetur.*
4 *Subſtitutio probanda eſt, etiamſi aſſeratur teſtatorem de aliqua ſubſtitutione facienda ſenſiſſe.*
5 *Teſtator, quod non loquitur, velle non præſumitur.*
6 *Velle quis non præſumitur niſi ea, quæ dicit.*
7 *Teſtator quod omiſit in diſpoſitione verborũ, habetur pro omiſſo.*
8 *Omiſſum debet haberi pro omiſſo in ſubſtitutionibus.*
9 *Subſtitutio ex tacita etiam teſtatoris uoluntate colligi põt.*
10 *Teſtator ſatis dicitur velle, quod ex coniecturis apparet.*
11 *Subſtitutionis ius ad hæredes non tranſmittitur.*
12 *Subſtitutio ubi ex coniecturis colligitur, debẽt coniecturæ legitimè, & plenè probari.*

1 Subſtitutus † nemo præſumitur, ſed q̃ dicit ſe ſubſtitutum, & ſubſtitutionem aliquem includere caſum, iſtud probare debet; alioquin illud ſemper obijci poteſt, hoc caſu non loquitur ſubſtitutio, vt conſtat inſpectis verbis teſtamenti, ita tradidere Socy. ſenior in conſ. 62. viſo capitulo ſubſtitutionis, colu. 3. ſub num. 4. verſic. & in primis, vol. 3. per eos, quos ibi allegat. in conſ. 63. viſis teſtamento, col. 8. num. 14. verſ. & pro fundamento, & in conſ. 104. quoniam præſens, col. 5. nu. 8. verſ. ſed prædictis minimè obſtantib. in conſ. 116. in cauſa filiorũ, col. 5. ſub nu. 6. verſ. p̃terea regula eſt, eo. vol. 3. & Dec. in cõſ. 218. in caſu ad me trãſmiſſo, nu. 6 Pari. in conſ. 86. ad veram reſolutionẽ, nu. 11. verſ. ſubſtitutio enim noſtra, vol. 2. in cõſ. 87. vidi, & legi, nu. 8. eo. vol. 1. in cõſ. 14. Petrus ille Boſcherius, n. 7. vol. 3. & in conſ. 66. Nobilis Sylueſter, ſub nu. 1. eo. vol. Gozad. in conſ. 21. Vincentius Giſilardus, nu. 8. verſ. 7. ad fin. in conſ. 29 vr̃ prima facie dicendum nu. 13. verſ. quibus non obſtantibus, & in conſ. 59. prima facie dicendũ in prin. Soc. iun. in conſ. 111. ex themate prædicto, nu. 27. & 28. verſ. & pro hoc, vol. 1. in conſ. 155. licet præſentis, nu. 6. verſ. & pro hoc, vol. 2. vbi inquit hoc eſſe * tritum, & * commune dictũ, in conſ. 64. vt reſponſum congruum, nu. 14. verſ. & ad allegata in contrarium, vol. 3. in conſ. 75. anceps, nu. 8. verſ. hinc ſolet, in cõſil. 100. præſens conſultatio, nu. 18. verſ. nec ſufficit, eod. vol. 3. & in conſ. 29. licet in præſenti caſu, nu. 8. verſ. & p̃ſuppono primo, vol. 4. & alibi ſæpè, vt ipſemet Soc. dictis in locis refert, Crau. in conſ. 161. verba ſubſtitutionis, num. 6. 10. & 16. verſ. 11. vol. 1. quos refert, & ſequitur Rol. à Val. in conſ. 56. quoniã ex facto, nu. 4. vol. 3. in conſ. 58. in præſenti cõſultatione, nu. 73. ver. 2. dr̃ eo. vol. 3. in conſ. 6. Mag. D. Gabriel, num. 6. & 7. verſ. 3. accedit, in cõſ. 18. ab hoc ſeculo, nu. 6. & 7. vol. 4. in conſ. 23. cũ in præſenti conſultatione, n. 1. 2. & 3. in cõſ. 30. in præſenti conſultatione, nu. 4. verſ. nã pro regu. in cõſ. 34. vidi dubia, nu. 3. verſ. nam pro regula, in conſ. 38. in præſenti conſultetioue, nu. 11. in conſi. 43. negari non põt, nu. 16. verſ. nã in materia ſubſtitutionis. in conſ. 63. viſa contingentia facti, nu. 34. verſ. venio ad ſecundũ caput dubitationis, quæ omnia cõſilia extãt, in eo. vol. 4. quibus in locis plures alios cõcordes adducit, vt apud eũ videre eſt, idem dixit Lancel. Galia. in repe. l. centurio, nu. 346. ver. & ſi dicis. ff. de vulg. & pup. idẽ ſenſit D. Iac. Menoc. in cõſ. 79. habet, nu. 49. verſ. hinc dicere, & ibi. nu. 97. ver. 12. vol. 1. * vbi quamplures concordes refert, & hanc eſſe * cõem opinionem Doctorum teſtatur Ioſeph. Ludo. in ſuis commu. concl. concl. 14. in qua agit, quòd vnuſquiſque fundamentũ intẽtionis ſuæ probare teneat. verſ. infertur. 76. q̃ qui vult dicere ſubſtitutionem &c. vbi quamplures alios idẽ ſentiẽtes citat authores, ad idẽ reſpondit Tiber. Decia. in reſp. 12. licet quæſtio illa, nu. 1. vol. 1. & in reſpon. 55. quærit̃ ex p̃dicta, n. 9. verſ. 5. vol. 3. & prius in reſpon. 10. circa primũ, nu. 48. ver. quinimo plus dico, & in reſpon. 34. q̃ritur modo, n. 7. ſub verſ. tertio non põt negari, eo. vol. 3. Pancirol. in conſ. 94. D. Iac. à Sole. nu. 27. ver. ſtante ergo vol. 1. in conſ. 150. D. Vulterius, nu. 5. verſ. ſecundo, & in conſ. 192. decedens D. Toninus, n. 19. eo. vol. 1. Burſ. in cõſ. 1. non abeſt, nu. 12. ver. ſecundo namq;. vol. 1. in cõſi. 51. grauem, nu. 33. in conſ. 52. in caſu præcedentis cõſilij, nu. 11. & in conſ. 64. ex codicillo, nu. 1. eo. vol. 1. in cõſ. 227. Nobilis Dom. Baptiſta Cloſius, nu. 6. verſ. 1. vol. 3. eandem opinionem noſtram mirum in modum confirmat, quod ſcripſit Barto. & ibidem cæteri * communiter, in l. vlt. Bar. inquam, nu. 10. ver. quæritur, vtrum ſubſtitutio, C. de edic. diui. Adri. tol. edictũ
2 † ſcilicet, d. l. vlt. habere locũ in ſubſtitutione directa vulgari, & pupillari, dummodo probatum ſit, q̃ præcedentes in gradu deceſſerint, & quod ſit locus ſubſtitutioni, ita etiam ſenſit Franciſ. Marc. in deciſ. 445. quæritur an fideicommiſſario, nu. 3. par. 2. ex l. quandiu, la 3. ff. de acq. hære. & l. 1. C. de edic. diui Adrian. * tollen. atteſtans de * communi.

Concluſionis eiuſdẽ ea poteſt afferri ratio, etenim
3 qui dicit ſibi eſſe † relictum, neceſſe habet talẽ fuiſſe voluntatem teſtatoris oſtẽdere, vt l. Titia cum teſtõ. §. Caius, Seius, & l. Lucius Titius, §. pe. ff. de leg. 2. cum ſimil. ita Fran. Mant. in tracta. de coniect. vlt. volun. lib. 5. tit. 1. nu. 18. in fi. alioquin à verborum importãtia non eſt recedendum, l. nõ aliter. ff. de leg. 3. vt modo citati authores iiſdem in locis aſſeruere.

Ampliatur hæc concluſio, vt procedat, ẽt ſi aſſera-
4 tur teſtatorem, † de aliqua ſubſtitutione facienda ſenſiſſe, ſeu cogitaſſe, q̃m non ſufficit teſtatorem, ita voluiſſe, niſi diſponat, tex. eſt in l. quidam cũ filium, vbi Bal. Ang. & Imo. ff. de hæred. inſti. ſic reſpondit Dec. in conſ. 63. pro tenui facultate mea, col. 3. in prin. ſub nu. 3. verſ. & ratio manifeſta eſt, in conſ. 186. & diligẽter, paulo poſt prin. in conſ. 205. Diuino implorato p̃ſidio, in cauſa iſtorum nobilium, col. 3. nu. 5. verſ. & pro fundamento, in conſ. 477. viſo conſilio ad fi. & in conſ. 696. retenta cõcluſione, nu. 19. verſ. 5. nõ obſtat, Iaſ. in conſ. 228. in iſto themate, col. 3. verſ. ſecundo, vol. 2. Pariſ. in conſ. 86. vidi, & legi. col. 3. nu. 17. & 18. * vol. 2. vbi * communẽ dicit, & in conſ. 89. in præſenti cauſa, nu. 15. & 16. eo. vol. 2. Soc. iun. in d. conſ. 111. n. 8. vol. 1. in conſ. 176. cõſideratis his, n. 9. vol. 2. in cõſ. 185. perſpectis his, nu. 4. vol. 2. in conſ. 4. in occurrenti caſu, nu. 14. vol. 3. & in d. cõſ. 29. nu. 6. vol. 4. quibus in locis alios adducit concordes Crot. in conſ. 17. teſta-
* tor. nu. 30. à quibus authoribus iiſdẽ in locis * cõiter concluditur non ſufficere, quod dicitur teſtatorem ita voluiſſe veriſimiliter, & præſumptiuè, ſed neceſſe eſſe, quod ſint coniecturæ ſufficientes, & q̃ colligantur ex dictis per teſtatorem in ſuo teſtamento, nam
5 † quod teſtator non loquitur, velle nõ præſumitur, vt ſcribit Bal. per illum tex. in l. 1. §. ſin autẽ ad deficientis. C. de cadu. tol. Dec. in cõſ. 465. perſcrutatis verbis col. 2. num. 7. ac relatis in locis, Crot. in conſ. 143. teſtator quidam, nu. 13. ac alij omnes nuper citati, con-
6 cludentes † hominẽ non præſumi velle, niſi quod dr̃, vt etiam aſſeuerat in l. voluntas, in fi. C. de fideicom. vnde idẽ Bal. l. cũ proponebatur, in 2. oppo. ff. de leg.
7 2. dicebat, illud quod omittitur à teſtatore † in ſcriptura, & prolatione verborum diſpoſitiua, habendũ eſſe pro omiſſo: voluntas enim ſeu mens in corde retenta

non accommodatur actui hominū, vt idem et tradit Bal. in l. iuriſgentiū. §. pactorum. ff. de pac. in l. ſi repe tendi. C. de cond. ſine cauſ. Pariſ. in d. conſ. 89. nu. 17. vol. 2. Soc. iun. in conſ. 78. vidi in præſenti, nu. 32. vol. 3. & in d. conſ. 4. nu. 15. eodem volum. ea namq; eſt, ſicut poſthumus in vtero, qui ſi nō naſcatur nihil eſt, l. vlt. C. de poſthu. hære. inſtit. Bald in l. 1. in 2. q. C. qui admit. & Iaſ. in conſ. 33. viſo themate, col. 4. verſ. præterea, quod iſta, volu. 3. & hanc ampliationem compluribus alijs confirmat Rol. à Val. in d. conſ. 56. nu. 4. & plurib. ſeq. verſ. ſecunda eſt concluſio, volum. 3. in d. conſ. 30. num. 5. cum plurib. ſequ. verſ. 2. facit, in d conſ. 34. nu. 4. ac alijs ſeq. verſ. ſecunda eſt concluſ. in d. conſ. 43. nu. 18. & cæteris ſeq. verſ. & procedit iſta regula, in d. conſ. 68. nu. 35. verſ. 2. cum plurib. ſequen. & in conſ. 97. viſo teſtamento, nu. 10. ac multis ſequ. verſ. tertio accedit, vol. 4. Natta etiam in conſ. 667. de iurib. ſubſtitutio. num. 15. verſ. poſtremo, non obſtat,
8 volu. 4. vbi ait in ſubſtitutionibus † omiſſum debere haberi pro omiſſo licet in omiſſo verſetur eadē æqui tas, quæ in expreſſo, & etiam ſi veriſimiliter præſumitur, quod teſtator ſi fuiſſet, de eo interrogatus idem reſpondiſſet per ea, quæ ibi allegat, idem confirmat, & eadem repetit, in conſ. 678. in cauſa agitanda, nume. 30 eo. vol. 4.

Quæ ampliatio declaranda eſt, vt procedat in voluntate teſtatoris omnino tacita, & ſic cum omnino
9 fuiſſet omiſſa, ſecus† ſi ex eo, q̄ eſt expreſſum in teſtō voluntas tacita colligatur, vt not. Bal. in l. 1. in fin. C. de his, qui ante aper. tab. cui adhærent Dec. in d. conſ. 186. colum. vlti. verſ. non obſtat, quod teſtator, in d conſ. 465. colum. 3. ſub num. 13. verſ. primo non obſtat, & in conſ. 514. in caſu occurrenti, num. 1. Socin. ſen. in l. hæredes mei, §. cum ita, col. 5. in prin. ſub nu. 10. verſ. ex dictis tamen Bal. ff. ad S.C. Treb. Cur. iun. in conſ. 121. præſupponitur in facto, colum. 6. ſub nu. 11. verſ. poſtea conſiderando, dicens ibi hanc Bal. do
* ctrinam ſequi alios ſcrib. * communiter, eandē authoritate ſua confirmauit Soc. iun. in conſ. 42. viſo teſtamento Titij, nu. 26. verſ. & licet. volum. 1. vbi inquit quod licet alias ſoleat dici, quod non ſufficiat teſtatorem aliquid velle, niſi & illud diſponat, quod illud
10 procedat, qn̄ † de voluntate non conſtat iuridice, ſecus, quando de ea conſtat per coniecturas, quia tunc dicitur teſtator ſatis diſpoſuiſſe, vt Iaſ. ibi per eum, in d. conſ. 111. nu. 26. eodem volu. 1. in conſ. 78. vidi in præſenti. nu. 32. volum. 3. & in d. conſ. 100. num. 60. eodem vol. 3. hos referendo ſequitur Rolan. à Vall. in conſ. 6. Mag. Dom. Gabri. nu. 32. verſ. ad ſecundum vol. 4. & in conſ. 58. ab hoc ſeculo migrauit, num. 19.
* verſ. non obſtat, & ſecundum. eodem vol. 4. vbi * communem dicit.

Eandem concluſionē quatuor ampliat modis Ioſeph. Ludouic. in d. concl. 14. ſub eadem illatione 76. nimirū eam habere etiam locū in ſubſtitutione vulgari, & pupillari reciproca, ac fideicommiſſaria, authoritate Rol. à Val. adductus, qui etiā ſic ampliat, in d conſ. 38. nu. 12. 13. 14. & 15. volum. 4. cæterum licet ampliationes in ſe veras eſſe aſſeuerem, tn̄ pace tanti viri dixerim, non loquitur Rolan eo in caſu, & propoſito, in quo à Ludouico allegatur, nempè in probatione ſubſtitutionum, ſed ibi Rolan. verba facit de trāſmiſſione ſubſtitutionis, ius ſcilicet ſubſtitutionis
11 † non tranſmitti ad hæredes, quod ampliat in ſubſtitutione vulgari pupillari reciproca, & fideicōmiſſaria, vt apertiſſimè intuenti patebit, & ita etiā loquutus eſt Alex. in conſ. 36. viſo themate, ſuper quo dubitare contingit, colum. 2. nu. 3. verſ. confirmantur prædicta, volum. 3. à quo Rolan. à Vall. in d. conſ. 38. ea omnia mutuatus eſt, veræ tamen in ſe ſunt eædē ampliationes in his omnibus ſubſtitutionibus, quas retulimus, non ex Rol. doctrina, ſed q̄ interpretes omnes ſupra ad cōcluſionis cōfirmationē citati generatim loquantur, cum quia quam plures ex eiſdē in terminis dictarum ſubſtitutionū cōſulant, & verba faciāt: tum poſtremò quoniā par ratio in omnibus militat. ergo idem ius debet ſtatui, l. illud. ff. ad l. Aquil. cum vulga. nec vllum hactenus repererim, q dixerit, quin in qualibet ſubſtitutione ſe dicens ſubſtitutum talē ſe debeat probare, ſi ei controuerſia fiat, cū ipſi ſemper, vt probauimus poſſit obijci, hoc caſu non loquitur ſubſtitutio.

12 Declaratur eadem concluſio, vt cōiectura† ex quibus ſe ſubſtitutum quis probare voluerit, debeant ab eo legitimè, & plenè probari, vt conſultus reſpondit Por. in conſ. 43. nu. 13. 1 . & ſeq. quē referendo ſequitur Fran. Burſ. in d. conſ. 1. nu. 12. volu. 1. & in d. conſi. 64. num. 1. & ſeq. eodem volum. quibus in locis hanc
* * communem dicit opinionem, & eam complurium authoritatibus corroborat.

## CONCLVSIO MCCCXLIX.

### ARGVMENTVM.

### Quomodo probetur ſubſtitutionem in inſtrumento, aut protocollo non ſcriptam à notario omiſſam fuiſſe.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutionem in inſtrumento, aut protocollo non ſcriptā a notario omiſſam fuiſſe, teſtibus poteſt probari.*
2 *Scriptura ſuppletur per viuam vocem.*
3 *Error ſcripturæ poteſt per teſtes probari.*
4 *Teſtes, quando omiſſum in ſcriptura, ſupplere poſſint.*
5 *Subſtitutionis omiſſio probatur etiam per impropriā probationem, quæ fit coniecturis.*
6 *Contractus dubius, recipit interpretationem ex præambulo contractu.*
7 *Subſtitutionem errore omiſſam fuiſſe, non poteſt per notarium ipſum probari.*
8 *Notarius, quando admittatur ad teſtificandū de his, quæ in inſtrumento continentur.*
9 *Subſtitutionem errore omiſſam fuiſſe inter extraneos condito teſtamento, debet ſeptem teſtibus probari. Contrar. ibid. nu. 10. Concil. ibid. nu. 13.*
11 *Subſtitutio eſt ſecunda inſtitutio.*
12 *Subſtitutio directa verè, & propriè dicitur inſtitutio.*
14 *Error factus in codicillis, debet quinque teſtibus probari.*
15 *Subſtitutionem errore omiſſam in teſtameto inter liberos, duobus teſtibus probatur.*

1 Subſtitutionem † in inſtrumento, aut protocollo nō ſcriptam à notario omiſſam fuiſſe teſtib. poſſe probari mihi probat. l. quoties. § ſed ſi non in corpore. ibi, ex ſemiſſe hæredem fore, quaſi plus nuncupatū ſit, minus ſcriptū, ubi Doct. ff. de hære inſtit. ex qbus uerbis
2 notauit ibi Bal. in 4. no quod ſcriptura† ſuppletur per uiuam uocem, & ibidem ipſemet quærens per quot teſtes huiuſmodi in teſtō facta omiſſio poſſit probari, inquit aperte, quod per teſtes probabitur talis omiſſio facta à notario, aut errore, aut dolo ipſius, conſiderata conditione eiuſdem notarij: idem ibidem ſenſit Ang. eadem probatur concluſio ex eo, quod ſcripſit Bar. in l. ſi librarius, ad fi. ff. de regu. iur. ubi dicit, quod
3 poterit † talis error probari per præſentes actui, & per alios, qui fuerunt mediatores inter partes contrahentes, ut in Auth. de inſtr. caut. §. ſi uero moriant. in gl. quæ incipit, ad numerationem ipſam præterea mirū in modum corroborat, quod docet Bal. in l. ult. col. 2. nu. 12. uer. quæro pone, C. de fideicommiſ. quo in loco quæ-

co quærẽs,an in teſtī ſcriptura,in qua deficiat aliqua
ſolemnitas,auxilium teſtium viuæ vocis poſſit opera
ri,idem quòd ſcriptura ſolemnis, vt ſi inſtrumentum
careat indictione, nũquid poſſint teſtes ſupplere indi
ctionem,reſpondet,nõ poſſe, quia hoc requiritur de
4 forma inſtrumenti,& non pertinet ad officium teſtis,
ſed tabellionis.ſecus inquit, ſi eſſet queſtio de verita
te negotij,quia tunc poterit ꝓbari per teſtes viuę vo
cis,l.iuriſgentium. §.ſed, quod fere. ff.de pac.idẽ vo
luit glo.in l.hæredes palã. §. ſed ſi notam. ff. de teſta.
& in l.qui liberis. ſ.ex teſtamẽto.ff.de bo.poſ.ſec.tab.
quibus accedit Imo.in l.cum proponebat.ff.de leg.2.
& in l.hæredes palam.ſ.ſed ſi notã,ac Roma.in l.er
rore.C.de teſta.quos authores in propoſito noſtro,ad
probandam ſubſtitutionẽ a notario omiſſam fuiſſe,
refert ac ſequitur And.Barb.in conſ.29. illud afferam
in medium, quòd Pſalmiſtæ celebri venit in mentẽ,
beatus,inquit,homo,&c.col.2.ver.iſtis modo præſup
poſitis,vol.1.vbi col. 3 per totum plures alic . dẽ ſen
tientes citat. eandem quoq; concluſionẽ probant ij
interpretes,quos longa ſerie nos ſupra retulimus in ver.
error.concl.642. volu.2. quæ concluſio tota pertinet
ad præſentem ſubſtitutionis materiam.

Hæc eadem concluſio ampliatur, vt non ſolũ per
probationem, quæ fit teſtibus aut inſtrumentis, vt eſt
tex.in c.forus,ver.probatio autem,&c.de ver.ſig.ſub
ſtitutionis omiſſio probetur,ſed etiã per impropriam
5 † quæ fit coniecturis, quæ dicitur,& eſt impropria ꝓ
batio,vt ad id eſt text.ſingularis in l.1.ibi,coniecturas
non proprie.ff. ſi.tab.teſta.ex tab.& quòd ſubſtitutio
nis omiſſio per coniecturas probẽt,tex. eſt qui a ſub
tiliſſimo Papiniano editus eſt, in d.l. cum propone
batur.ff.de lega.2. hanc eandem confirmat ſententiã
Bar.in d.l.errore.C.de teſta.vbi ait ex his, quæ præce
dunt,vel ſequũtur, probabitur huiuſmodi omiſſio, ꝑ
d.l. cum proponebatur, vbi ex præcedentibus verbis
enunciatiuis de futuro, & ex ſequentib. verbis enun
ciatiuis de præterito,orit diſpoſitio valida, quo caſu
ſuccedit regula tradita ab Inno.quam refert,& ſequi
tur Ang.in l.pacta nouiſſima.C.de pac. & in l.ſi quis
6 cum aliter. ff. verb. ob. vbi dicit, quòd ſi vnus † con
tractus eſt dubius, quòd recipiat declarationem ex
præambulo contractu poſito etiã ſi ex interuallo. ſe
quit,& ita argumentatur Barba.in d.conſ.29. colu.4.
verſi.capio nunc aliam dubitationem,vol. 1.vbi alijs
confirmat.

7 Limitatur concluſio,vt non procedat † in notario,
qui nõ poteſt teſtificari de tali errore, qa ipſe eſt reus,
nec poteſt teſtimonium dicere contra propriã ſcri
pturam,nec eſſe teſtis,ita Bal.in l.Imperator. ff.de ſta.
homi.ex l.generaliter.C.de non num.pecu. quem ad
id citat.Barba.in d.conſ.29.col.3.verſ. & idem voluit
Bal.vol.1.hanc tamen Bald.doctrinã,in meo Codice
nunquam reperi,licet bis totam interpretationẽ Bal.
ſuper d.l.Imperator, perlegerim,& vltra hanc conie
cturam,ꝙ limitatio hæc vera,non ſit, Barto. ſentẽtia
etiam me plurimum impellit,qui ſecus ſenſit in l.ſi li
brarius nu.14.ff.de reg.iu. vbi inquit, errorem notarij
poſſe probari per vnum teſtem cũ notario,qui rema
nent duo,ſed hoc viderit ipſe Barbatia.

8 In hac tamen dubitatione diſtinguendum † eſt, ꝙ
aut probatio fit per viuam vocem tantum, & cõputa
tur notarius in numero teſtium, non tamen habẽt lo
co duorum:aut probatio fit per ſcripturam tãtum, &
nullo modo computatur in numero teſtium, quia nõ
deponit in forma teſtis,ita ſenſit glo.in l. hac conſul
tiſſima.§.vlt.in ver.octauum.C.qui teſtam. fac. poſ.
quam ſequitur ibiedm Bar.nu.3.ver.quæro,an hoc ſit
verum,& in l.Domitius,nu.3.ver.quæro,an notarius,
ff.de teſta.Bal.in l.vlt.col.pe.nu.18.ver.quæro, an ta
bellio.C.de fideicomm.& in rub.C.de fi.inſtr. col.6.
* ſub nu.10.ver.ſed quæritur,nunquid tabellio.&* om
nes in d.l.hac cõſultiſſima.§.vlt. & in d.l.Imperator.
ff.de ſtat. hom. & ita conciliando diſtinguit ipſemet
Barba. in d. conſ.29. col.8. ſub ver.capio nunc iſtam
hæſitationem.vol.1.

Reſtat modo videre, per quot teſtes poſſit ſubſtitu
tionis omiſſio probari,& profecto ſi loqua . ur in te
ſtõ condito inter extraneos , ad huiuſmodi . rorem
9 probandum, generaliter † ſeptem teſtes requiri dixit
gl.in d.l.cum proponebatur, in ver. coniectura. ff.de
leg.2.& ibidem Bar.nu.3.ac alij a nobis relati in d.cõ
clu.642.vol.2.quos refert,& ſequitur Dec. in cõſ.105.
pro tenui facultate mea,col.3.nu.3.verſ.& pro funda
* mento,vbi latè confirmat, & * communem dicit opi
nionem, ꝙ ſcilicet, quando agitur de errore ſubſtan
tiali ſeptem teſtes requiruntur, ſicut in teſtamento
principaliter neceſſarij ſunt.

10 Cæterum in hoc contrariam † ſecuti ſunt ſnĩam
Iac.de Rauen.Petr.Cy.in d.l.errore.C.de teſtam.aſſe
rentes duos tantum requiri, & ibi videtur hoc ſequi
Bart. nu.2.vbi quærens per quot teſtes probetur error
notarij,dicit,forte per duos.allegat l. quoties, in prin.
& §.1.ff.de hære.Inſti.& licet Bar. loquatur per verbũ
forte,tamen non eſt verbum dubitatiuũ,quando pro
fertur à Doctore, vt l.in ſubſtitutione, & ibi Ang.ff.
de vulg.& pupil. glo.in l.ſi duo.ff. de arbi.& in l.me
tus,in prin. ff.de procur.glo.in l.1.§. vlt.ff. de fer.cum
multis alijs ad id adductis a Barba. in d. conſ.29. col.
4.verſ. ſed vnum pondero, vol.1. ſubiungens ibidem
Barb.ꝙ ex dicto Bar.ſequitur, ꝙ non requirant ſeptẽ
teſtes,ex eo,ꝙ coniectura eſt indiciũ, & indiciũ non
probatur per ſeptem teſtes, ſed duos tantum, per glo.
in l.inter omnes. C.famil.erciſcun. ibi enim diceba
tur,quod teſtamentum inter filios probatur per indi
cia, glo.ibi inquit dum tamen legitimè probetur,ſal
tem per duos teſtes, quam gl. Bar.ibi ſummè ponde
rat, & commendat, quo etiam in conſilio Barba. ad
ducit ad corroborandum,quod voluit Bar. in l.fidei
commiſſum.C.de fideicom. vbi dixit, quòd per duos
teſtes probatur reuocatio legati, quia probabitur ini
micitia, ex qua reuocatur legatũ, vt l.3.ff.de adim.le
ga.per duos teſtes,& eſt ratio, quia probatur reuoca
tio per coniecturã,& cõiectura probatur per duos te
ſtes,vt voluit Bar.in d.l.fideicommiſſum,ſubdens eo
dem in loco Barba. gl.in d.l. cum proponebatur ma
le dixiſſe,idque eſſe bene notandum, quia ſit nouum
ad hanc materiam.

Veruntamen a priore ſentẽtia gloſę in d.l.cũ pro
ponebatur,non eſſe recedendum,præſens ſubſtitutio
11 nis caſus ſuadet: ſubſtitutio † enim eſt ſecũda inſtitu
tio,vt l.1.ff.de vulg.& pupi. & ſubſtitutus impropriè,
& large dr̃ inſtitutus, & ſubſtitutio large, & impro
prie dicit̃ inſtitutio.ut in rub.C.de inſti.& ſubſtit. ſub
condi.fac.habetur per ſcriben.poſt glo.& ibi Socy.in
rub.ff.de vulg.& pup.& alias pro hoc plura iura ſe al
legaſſe in c.Rayn.de teſtam. aſſeuerat Bero.in conſi.
11.diligenter,nu.7. vol.2. ſubiungẽs ibidẽ paulo poſt
nu.16.quod dum dubitant Doc.poſt gl.in d.rub.ff.de
vulg.& pup. an ſubſtitutio ſit ꝓpriè inſtitutio, dicere
ipſe ſolitus ſit in d.c.Raynutius,in prin. materiæ ſub
12 ſtitutionũ,quod ſubſtitutio † directa verè, & propriè
dicatur inſtitutio,quia per eam quis directo ſuccedit
in hæreditate.l.cohæredi.§.cum filio.ff.de vul.& pu
pil.ſed ſubſtitutio, quæ fit in fideicommiſſis, & lega
tis,& donationibus nõ dicitur propriè inſtitutio, ſed
impropriè, quia inſtitutio aduerſatur fideicõmiſſis,l.
verbis ciuilib.ff.eo.de vul.& pup.l.his verbis, in prin.
ff.de hæred.inſtit.cum glo.& ibi Doct.tum etiã,quia
in eius omiſſione probanda agitur circa volũtatem
teſtatoris,ob id dicendum eſt, tot requiri teſtes, quot
voluntas illa teſtatoris exigit, vt quemadmodũ ſe
ptem teſtes requirunt in condẽdo teſtamento, ita et
in probanda ſubſtitutionis omiſſione ſeptẽ deſiderã
tur,vt latè probauimus in d.cõcl.642.n.5.& 6.ac ſeq.
vol.2.ac quem locum me reijcio, & præter ibi relata
adduco

adduco in propoſito ad huius cõtrouerſię cõciliatio
13 nem, † quod diſtinguendo circa hanc materiã egregie ſcripſit Bald.in d.l.errore, colum. 2.num.4. C.de teſtam.aut enim inquit Bald.circa ſubſtantiam teſtamenti fit probatio, & tunc requiruntur tot teſtes in probando errore, quot in voluntate teſtantis probanda, & hoc in caſu inquit loqui d.l.cũ proponebatur, cum gl.ff. de leg.2. quæ loquitur in propoſito noſtro ſubſtitutionis:aut circa certitudinem, & tunc duo teſtes requiruntur,& ita dicit procedere quod habetur in l.hæredes palam, §.ſed ſi notam. ff. de teſtam. aut loquitur circa aliquam veriſimilem ſuppletionem, & iſto caſu ſufficiunt duo etiam teſtes,& ita loquunt̃ inquit Bal.Cyn. Petr.& Iaco. ibi, q̃a facilius aliquid probatur ſupra ſcripturam, quàm contra ipſius tenorem,vt not.Cyn.in l.optimam. C.de contrah. ſtip.& gl.in l.reos.§.cũ in tabulis,in gl. niſi alijs. ff.de duob. reis.& in l.iuriſgentium.§.quod ferè.ff.de pact.& iſte eſt caſus Barbatiæ, vbi agebatur de facienda ſuppletione ſubſtitutionis filiæ, quæ omiſſa fuerat in inſtr̃o à notario: quanquam ibi ipſemet Barbatia iſtud vlt. c.diſtin. Bal. trahit etiam ad extraneos, quod ſcilicet etiam ſi eſſemus inter extraneos, adhuc iſte error ſubſtitutionis omiſſæ probatur per duos teſtes ſufficientes,quia eſt quædam ſuppletio,ad quam concurrit veriſimile,vt inquit idem Barbatia: totam tamen hanc quæſtionem in terminis noſtris videtur determinare Paul.à Caſt. in conſ.304.incip. ſuper 1.quæſito,nu.8. verſ.ad vltimum reſpondetur, volum.2.vbi apertè reſpondit, ꝙ licet ſubſtitutio per notarium non fuerit ſcripta in originali protocollo, ſi tamen poſſit ꝓbari per quinque teſtes, ſaltem ipſam factam fuiſſe,nõ nocet error. vel negligentia Notarij ex tex. cum glo.& per Doct.in d.l.cũ proponebatur.ff.de leg.2. iũcta d. l.errore,cum ibi no.per Bal.C.de teſta.& his quæ no. in l.qui ex liberis.§.teſtamento.ff.de bon. poſſ.ſecun. tabu.& l.1.§.1.ff de leg.3.& d.l. hęredes palã. §.ſed ſi notam.ff.de teſtam.ſubiungens ibid. Caſtr.quòd Notarius cum authoritate Iudicis non aliter poterit corrigere hunc errorem,niſi factis probationibus coram iudice,per ea,quæ not.Bart.in d.l.ſi librarius.col.vlt. ſub nu.7.& ſeq.ff de reg.iur. Io.And.in addit.ad Spe. tit.de inſtr.edit.§.inſtr̃m.in addit.quæ incipit nec ſoli.iudici.& Bal.in d.rub.C.de fid.inſtr.col.7.num.27. verſ.ſed pone, ꝙ tabellio, ſubdens ibidem etiã Caſtr. hoc caſu non ſufficere quatuor teſtes cum Notario,ſi probatio haberet fieri per inſtrumentum, quia tunc Notarius computaretur, ſed debent eſſe ſaltẽ quinq; teſtes,iuxta no.per Docto.in d.l.Domitius. ff.de teſt. & in d.l.hac conſultiſſima.§.vlt.qui teſta.fac.poſſ. & in d.l.vlt. C.de fideicomm.hæc Paul.à Caſtr.in d. conſ.304.in fi.vol.2.

Confirmatur hæc eadem ſentẽtia ex reſponſo Rimin.ſen in conſ.456. in cauſa quæ vertitur, in ſecũda inſtantia,nu.15.& ſeq.verſ.ſecundo reſpondet,vol.3.
14 † vbi apertè tenet, errorẽ factũ circa legatũ vſusfructus,vel alimentorũ in codicillis,dẽre ꝓbari p quinq; teſtes, nec duos ſatis eſſe, ex quo agit̃ de probãdo facto pertinente ad diſpoſitionẽ teſt̃i per d.gl.quã dicit reputari ſingularem in d.l.cum proponebat̃, q̃ et eo caſu ita intelligere ait Ray.Sali.Caſtr.ac alios,in d.l. errore.C.de teſtam.qm̃ ſicuti factum, ideſt legatum, vel vſusfructus,vel alimentorum non poſſet probari per teſtes pauciores quinque. l. vlt. C. de codicil. ita nec error facti,circa dictũ legatum per gl.in d.l.cum proponebatur.ita et & error,ſiue ſit teſtoris,ſiue Notarij,vt pulchrè declarat Bal.in c.ſi quis feudũ,in tit. ſi de inueſt.inter Do. & vaſal.lis oria.& ita etiã videtur velle Bal.Ang. & Imo.in l.quoties, in princ.ff.de hære.inſtituen.& Ang.in l.ambiguitates. C.de teſta, ac alij recentiores in d.l.errore,ad fi.ſubiungens eod. in loco Rimi.in d. ſuo caſu negari non poſſe quin ibi agatur de errore,circa ſubſtantiam diſpoſitionis,non autem circa qualitatem, vel circunſtãtias, vt probat̃ ex nota.per Bar.poſt gl.in d.l.hæredes palam.§.ſed ſi notã.ff.de hered.inſtituen.& in d.l.cũ proponebatur. Nec obſtat ſubdit Rimi.vbi ſupra, doctr. Bart. in d.l. ſi librarius,ad fi.duos nimirum teſtes ſufficere, q̃a intelligitur vel de errore Notarij circa pertinẽtia ad ipſum Notariũ, vt ſenſit apertè Bal.in d.l.errore,vel de errore in contractibus, in quibus ad probandũ factũ, & facti ſubſtantiã ſufficiũt duo teſtes, l.vbi numerus, ff.de teſtib.c.in omni negocio,ext.eo.tit.nos verò de errore in vltima voluntate codicillorũ, in qua quinque teſtes ſunt neceſſarij, vt dictũ eſt. hæc Riminaldus.quo circa ſi hæc procedunt in codicillis tãto magis debent procedere in teſtamentis, authen. multo magis.C.de epiſ.& cleri.

Inter parentes vero, ac filios ſi agatur de probãdo
15 errore Notarij, tunc vtique † per duos teſtes poterit probari,ita determinauit Bal.in l.2.C.de ſecun.tabu. dicit enim, reperitur inſtrumentum, in quo dicitur, quod pater inſtituit filium, & filiæ reliquit quinque, & non dixit iure inſtitutionis, decidit, quod valet ſi duo teſtes dicant,de iure inſtitutionis, ea ratione, q̃a duo teſtes ſupplent inſtr̃m in eo,quod fieri poteſt.allegat l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta. ſecus dicit, ſi non poſſit fieri coram duobus, hoc idẽ probatur ex glo.in d.l. inter omnes.C.famil.erciſ.ſic inducendo.ibi dicitur,quod per indicia probatur voluntas teſtatoris inter patrem & filios.glo.ibi dicit ꝙ ſufficiunt duo teſtes; ſi enim voluntas patris inter filios teſtantis probatur per indicia,& indicia probantur duobus teſtibus,ſequitur neceſſario, ꝙ duo teſtes probent errorẽ omiſſum circa voluntatem parentũ teſtantiũ inter filios,q̃ gl. ad hoc propoſitũ noſtrum adducit Barbat.in d. conſ.29.col.4. ver. multominus habet dubiũ,vol.1. eamq, à nemine fuiſſe ad id ponderatam refert, ꝙ quidem quampluribus alijs idem confirmat,& tuetur loquens & conſulens in ſubſtitutione à Notario in inſtr̃o prætermiſſa, multaq; alia circa hanc materiã ſcitu digna adducit,dũ ibidem teſtiũ dicta examinat,qui deponunt circa eandẽ omiſſam ſubſtitutionem, vt apud eum videre poteris.

## CONCLVSIO MCCCL.

### ARGVMENTVM.

Subſtitutus ea conditione,ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, an teneatur probare iſtam conditionem, nempe ipſum ſine filijs deceſſiſſe.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus ea conditione,ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, his naufragio incendio vè pereuntibus, oſtendere debet, ipſos vno eodemque caſu ſimul occubuiſſe. Contra.ibid. nu.9.Concil.ibid.nu.12.*

2 *Subſtitutus Titio ſi ſine liberis deceſſerit, admittitur ad fideicõmiſſum, Titio vna cum filijs, vno eodemque caſu pereuntibus.*

3 *Hæredem ſe dicens per mortem alterius, debet probare ipſum mortuum fuiſſe.*

4 *Hæredem ſe dicens ex ſubſtitutione pupillari, debet docere caſum eueniſſe.*

5 *Filios patri ſuperuixiſſe in dubio præſumitur.*

6 *Negatiua probanda eſt ab eo, qui in illa ſe fundat.*

7 *Negatiuam allegans,ſi non habet pro ſe præſumptionem illam probare debet.*

8 *Filij præſumuntur viuere pluſquam parentes.*

10 *Viuere quis præſumitur centum annis,& quomodo iſtud procedat late declaratur,ibid.nu.11.*

Subſtitutus

*12 Subſtitutus, qui eſt in poſſeſſione, ſi contra eum agatur nō tenetur docere inſtitutum ſine liberis deceſſiſſe.*

*13 Subſtitutus agens, & dicens inſtitutum ſine liberis deceſſiſſe admittitur, ſi ex aduerſo non conſtat inſtitutum liberos habuiſſe.*

*14 Subſtitutus agens, ſi reus probet inſtitutū liberos habuiſſe, debet probare, eos patri fuiſſe præmortuos.*

*15 Subſtitutus, ſi probet inſtitutum cum liberis vno eodemq; caſu periiſſe obtinere debebit.*

*16 Subſtitutus debet probare filios patri præmortuos, vbi nō eodem, ſed diuerſis caſibus perierunt.*

Magna eſt inter interpretes cōtrouerſia, cui ſubſtitutione ea conditione concepta, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, incumbat onus probandi grauatum deceſſiſſe abſq; liberis, an aſſerēti inſtitutum morte oppetijſſe, cū filijs ſuperſtitibus, an vero fideicōmiſſario ſubſtituto dicenti natos grauato fuiſſe præmortuos. Verùm, vt iſtius controuerſiæ reſolutio, ac deciſio clarior fiat, eam nunc nos cōſtituimus concluſionem tanquam à noſtris magis receptam, atque veriorem, quam poſteà pluribus modis explicabimus. Hæc itaq; ſit concluſio, ſubſtitutione
1 †ea conditione concepta, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis oportere inſtituto, & eius liberis naufragio, ruina, belli conflictu incendiovè, aut alio ſimili caſu ſimul pereuntibus, vt ſubſtitutus admittatur, ab eodē probari inſtitutum, & eius liberos ſimul eodē, vt diximus caſu occubuiſſe. Concluſionem hanc authoritate ſua comprobauere gl. Cuma. Iac. de Aret. Alber. de Roſ. Imo. in l. ex facto. §. ſi quis autem, quæ eſt penult. ff. ad S.C. Trebel. & ibi eam ſecuti ſunt Alexan. col. 2. ſub nu. 4. verſ. tamen puto verum, ac Ripa, col. 2. ſub nu. 7. qui omnes ꝑmouētur ex eodemmet textu,
2 vbi Vlpia. I.C. reſpondit, ſubſtitutum† Titio, ſi is ſine liberis deceſſerit, admitti ad fideicommiſſum, Titio, & eius liberis ſimul ruina, incēdio, aut naufragio pereuntibus: nam cum ſit ſatis, vt locus ſit ſubſtitutioni: quòd liberi nō fuerint patri ſuperſtites, eo ipſo, quod probatum fuerit, Titium, & eius liberos ſimul eodem caſu perijſſe, conſtat, donec contrariū probetur, filios non fuiſſe Titio ſuperſtites, eandē ſniam videtur amplecti Bar. in l. in illa ſtipulatione, ſi calendis, ad fi. ff. de verb. obl. dum ibi docens, quo pacto iſtud probari poſſit, filios, ſcilicet non ſuperuixiſſe teſtatori, inquit ad hoc poſſe implorari officium iudicis, qui faciat diſcuſſionem in vicinia, ꝙ nullus alius remanſit; ſubiungens, ꝙ etiam ſi exploratores referant, ſe diligēter inueſtigaſſe, & non potuiſſe certiores fieri, præſumatur pro negante, ſeu allegante liberos non ſuperuixiſſe, allegat d. ex l. facto, §. ſi quis autē, & ſic tacitè videtur ſentire Bart. in d. l. in illa, in fi. per text. in d. §. pen. quod intelligatur, qn̄ facta fuit diſcuſſio per exploratores referentes non apparere filios ſuperuixiſſe alioqui ſecus, eandē quoq; concluſionē ipſemet Bar. videtur probaſſe in l. ſi inter. ff. de reb. ad idem rn̄dit Bald. in conſ. 145. in cauſa vertente inter D. Floram,
3 nu. 4. vol. 5. vbi inquit, quòd quoties†quis dicit ſe hæredem per mortē alterius, qui haberet obſtare, ſi viueret, debet docere de ordine mortui, ſcilicet ꝙ ille, qui haberet obſtare ſit primo mortuus, quia iſtud eſt fundamentum ſuæ intentionis: ſicut ille, qui dicit, ſe eſſe
4 hæredem † ex ſubſtitutione pupillari debet probare caſum eueniſſe, & idē in omnibus ſimilibus, vt l. vlt. C. de edic. diu. Adr. tol. hæc Baldus, quod itidem viſus eſt ipſemet ſentire in conſil. 176. ſi per famam, & per aliquas cōiecturas poteſt probari, quod filij præmortui fuerint ſtabo famæ, & coniecturis, l. ſi quidem. C. ſolut. matr. per gl. & Doct. in l. qui ex liberis, in princ. ff. de bono. poſſ. ſecundum tabul. aliàs præſumam naturam ſuam vim ſeruaſſe, nec turbaſſe ordinem, & ſic filios ſuperuixiſſe per l. hereditatum. ff. ad leg. Falc. & l. q duos. §. vlt. ff. de reb. dub. licet illæ leges alio caſu loquantur, videlicet, quādo ſimul ruina ſunt oppreſſi, ſic quādo apparet veritas mortis vtriuſque, ſed per abſentiam dubitatur vter prior deceſſerit, l. nec nos. C. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. vel vt tradit Bal. pōt dici, quòd incūbit onus probandi ei, qui contra poſſeſſorem agit, vbi ordo poteſt probari ꝑ teſtes, vt hoc caſu, ſed vbi non poſſet probari per teſtes, vt in ruina, & naufragio, tunc ſtatur præſumptioni, quæ circa factum præſumit, & iſtud eſt verius, per d. l. nec nos, ex quo quidem conſilio manifeſtè colligi poteſt in du-
5 bio liberos†patri ſuperuixiſſe præſumēdum eſſe, ceſſantibus alijs coniecturis, & ſic ſubſtituto incumbere onus probandi filios non ſuperuixiſſe grauato.

Confirmatur inſuper eadē concluſio ea rōne, quia
6 negatiua† omninò probanda eſt ab eo, q ſe defendit in illa, vt l. in illa, & l. ita ſtipulatus. ver. ꝙ ſi ab initio. ff. de verb. oblig. l. magis puto. §. ne paſſim. ff. de rebus eorum, & his in locis plenè Doctores tradunt, ac in c. bonæ. vbi præcipuè Abbas, de poſtulatio. prælator. & alij quamplures relati ab Hercul. in tract. de proban. negat. num. 2. verſ. in contrarium, & ita in caſu noſtro ſcribit Ripa in d. l. ex facto, §. pen. qui incipit, ſi quis autem, nu. 7. ff. ad Trebellianum, quo in loco reſpondet ad Angelum improbantē hāc rationem, ea rōne, quòd ſcilicet hoc caſu probetur negatiua eo ipſo, ꝙ contrarium non probatur, iuxta gl. in l. cum de lege, ff de probat. inquit enim Ripa, vbi ſupra, notata per
7 gl. in d. l. cum de lege, procedere, quando†præſumptio iuris eſt pro eo, qui ſe fundat in negatiua: ſecus autē ſi præſumptio ſit contra eum, ſecundum Alex. in rub. ff. de oper. nou. nunc. col. pen. nu. 41. & Iaſ. in l. vlt. §. licentia. col. vlt. in prin. ſub nu. 1. verſ. ego, omiſſa diſputatione. C. de iur. deliberandi. in noſtro vero caſu præſumptio eſt contra fideicommiſſarium allegantē filios fuiſſe præmortuos, cū qlibet præſumatur viuere vſq; ad centum annos, l. vltima. C. de ſacroſ. eccleſ. vt nota. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodum teſtam.
8 aperian. cū ēt filij præſumantur†viuere plus q̄ parentes, l. nam, & ſi parentib. ff. de inoff. teſtam. & ob id ſubiūgit Ripa, iſtam opinionem videri rationabiliorē.

9 Fuere tamen alij, quā plures†à nobis ſupra relati, & numero, & authoritate nō inferiores authores, qbus contraria magis ſnīa placuit, vt Bar. in d. l. ex facto, §. ſi quis autem. ff. ad Trebell. vbi ita notat ex eo textu, inquiens: Nota, quòd ei, qui dicit filios ſuperuixiſſe, & ſic cōditionem fideicommiſſi defeciſſe, incumbit onus probandi: ſubiungens, ſis ergo cautus facere poſitiones, per quas concludatur, filios ſuperuixiſſe. Idē vult Bar. in l. qui duos, §. cum in bello. ff. de rebus dubijs, dum inquit, ſed ſi poneres, quòd non apparet eos ſimul deceſſiſſe, & ignoraretur quis priùs, & quis poſteriùs deceſſiſſet, tūc ille, q dicit aliquē deceſſiſſe ſine liberis, habet intentionem ſuam fundatā de iure cōi: licet enim habuerit filios ante, nō tamen præſumitur habere tempore mortis, quorum verborum ſenſum egregiè explicat Couarruuias in d. c. 7. lib. 2. ſub nu. 6. ibi, hæc Bar. qui loquitur, & cæt cum Bar. ſenſit Ang. in d. §. ſi quis autem dicens, iſtud eſſe dictum illius. §. peregrinum: ſubiungens hæc cōcepta verba: Ex quo do tibi mirabilem caſum, cōtra quem fuit hoc anno iudicatū de facto, ſcilicet ꝙ fideicommiſſum relictū ſub conditione, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, docēdo de morte inſtituti, & allegando inſtitutum ſine filijs deceſſiſſe, abſq; eo, quod probet hāc negatiuam, dēt obtinere, qa fauore fideicōmiſſi cōſeruandi præſumitur ſine liberis deceſſiſſe, niſi probetur contrariū. Contrarium tn̄ hoc anno fuit iudicatum, & malè, vt paulo ſupra dixi. hæc Ang. Hoc idē cōprobat poſt eū Imola ibidem, ac Paul. de Caſtr. vbi num. 2. dicit, hoc eſſe valde ſingulare dictū, & ipſemet Paulus in conſ. 101. ad primū quæſitū vr̄ rn̄dendū, dictū O. in princ. vol. 2. & in cōſ. 388. ꝓ declaratione primi dubij, nu. 4. verſ. ſuper quinto, quo quæritur, vol. 1. Alex. itidē ſibi

contrarius in conſ. 26. viſo proceſſu cauſæ vertentis
inter Raymundum,col.vlt.nu. 12. verſ. nec facit du-
bium iudex vol.1.& in conſ.39. viſo themate,de quo
ſupra,omiſſo longo,nu.2.verſ.tamen,eod.vol. 1. vbi
latè tuetur hanc opinionem, cuius cõſilium duplica-
tum eſt in conſ.29. viſo themate, & ea dubitatione,
volu.2.vbi eandem ad verbum repetit. & in conſ.91.
repetitum in cauſa eximij,col.pen.num.9.verſ.& per
hæc patet,vol.7.Hanc eãdem opinionẽ ipſemet ẽt ex
pluribus defendit in l.is poteſt , col.pen.ſub num. 15.
verſ.ſed iuxta prædicta dubitat Rapha.ff.de acq.hær.
ad idem reſpondit Dec. in conſ. 578. viſo conſil. cla-
riſſimi Doctoris,Domini Ioannis de Mota, in princ.
vbi inquit, quòd licet nonnulli contradicant , iſta ſit
* *communis opinio,& in cõſ.652.uiſo conſ.clariſſimi
utriuſq; I.Doct.Domini Pauli Florauantis,nu.6.& 7.
* uerſ.2.cõcluſio,dicens hanc eſſe concluſionẽ* cõem
approbatam,prius in conſ. 86. uiſo puncto,& diligẽ-
ter.col.4.ſub nu.4.ad fin.ibi,& prædictus Franciſcus ,
eãdem quoq; opinionem permultis ſuſtinet Soc.ſen.
in d.l.qui duos.§.cum in bello, ſub nu.4.& ſeq.uerſic.
mihi placet oppoſitũ.ff.de reb.dubijs. eumq́; ibi pro-
cedere dicit , ſiue ſubſtitutus agat,ſiue conueniatur,
& ibidem quamplura infert ad dictum,§.ſi quis autẽ,
quæ dicit,eſſe notanda, quia ſubtilia,putans eadẽ eſſe
uera,& quotidiana in practica, ut latius ibi per eũ ad
idem reſpondit Corn.in conſ. 119. Placet mihi nu.2.
uerſ.& ultra deducta.uol.1.ubi inquit,huic ſententiæ
nõ obſtare,quod dixere gl.& Bar.in l.2.§.ſi dubitetur
ff.quemadmodum teſtam.aperian.& gl.Bart.Angel.
Imola,& Rom.in l.ſed ſi de ſua.ff.de acq.hær.& Bal.
in d.l.ſi quidem.C.ſolut.matrim. uolentes,quòd quis
10 præſumatur † uiuere centum annis: nam hoc proce-
dere ſcribit Corn.quando eſt probanda mors,quia qs
ſe fundat in morte: nam alio non docto,non proba-
tur mors,niſi per lapſum centum annorũ , ſed quãdo
quis ſe fundat in uita , debet illã probare , nec ſufficit
illam probare,ꝙ ille de cuius uita agitur, non aſcen-
dit ad centum annos: non enim,ſubiungit Corn.ha-
bemus aliquam legẽ,quæ dicat, quòd quis præſuma-
tur uiuere centum annis,ſed leges dicunt , quòd quis
præſumatur non uiuere ultra centum annos , & ſic,ꝙ
quis non poſſit excedere metam centum annorum,
ut plenius ibi per eundẽ Corneum . Ab eadem ſtetit
ſententia ipſemet Corn.in conſ.196.in hac conſulta-
tione licet de pluribus,col.4.ſub num.1. uerſ.confert
etiam,quod in ſimili , eodem uol.1. Iſtis omnibus ſe
ſubſcripſit Alcia.in tract. prǽſumptionum reg.1.prǽ-
ſumpt.49.nu.7.uerſ.Et ex hoc infertur, ubi inquit, fi-
deicommiſſarium agentem , uel excipientem nõ te-
neri probare , ꝙ filij non ſuperuixerint, quia lex præ-
ſumit pro eo,ea ratione ad ita ſentiendum permoue-
tur: nam qñ teſtator ſubſtituit Titio,ſi ſine liberis de-
cederet,ſatis oſtendit,qualiter ipſum Titium , & eius
liberos,ſaltẽ ab inteſtato,iuxt.l.Lucius.ff.de heredib.
inſtit.prædiligat ipſi fideicõmiſſario , unde ſi Titius ,
& eius filij ſimul moriantur,text.in d.§.ſi quis autem
uult fideicommiſſarium admitti , & præſumit filios
prius deceſſiſſe,ut locus ſit fideicommiſſario qui eſt
dilectus à teſtatore,nec prǽſumitur filios fuiſſe ſuper-
ſtites , ex quo per talẽ præſumptionem fideicommiſ-
ſarius excluderetur,nec propter hoc filij ipſi,quos te-
ſtator,ſaltem tacitè,prætulerat fideicommiſſario,ha-
berent aliquid, ſecundum intentionem teſtatoris, ex
quo incontinenti fuiſſent mortui,unde iſta præſum-
ptio tanquam magis conueniens uoluntati teſtato-
ris,fuit capienda: meritò ergo non requiritur , quòd
fideicommiſſarius probet,quòd non fuerint ſuperſti-
tes,quia lex præſumit non fuiſſe,& iſta eſt ratio, ſub-
iungit Alciat. cur conditio , ſi deceſſerit ſine liberis,
in ſubſtitutione fideicommiſſaria intelligatur , ſcili-
cet ſuperuiuentibus , & iſtud eſſe melius, inquit Alc.
quàm dicere , quòd ſit ſpeciale, ne fideicommiſſaria
ſubſtitutio pereat , prout dicit Angel.quem refert,&
ſequitur Alex.in d.conſ.39.vol.1.& malè,& hãc opi-
* nionem eſſe veriorẽ , & magis* communem teſtatur
ibidem idem Alc.per dictum, §.ſi quis autem. Hanc
eandem denuo confirmat opinionẽ , quod tradidere
Bal.in c.ex tenore col.1.nu.1.de teſtibus , & Fel.in c.
quoniam frequenter,col.vlt.ſub nu.24.vt lit.non cõ-
teſtat.quibus in locis ſcripſere,ſatis eſſe probare, quẽ
ſemel vixiſſe, & allegare eum hodie adhuc viuere,vt
præſumẽda ſit eius vita . Huic eidem poſtremò fauet
ſententiæ , quod conſultus reſpondit Iaſ. in conſ. 34.
ad materiam,nu.1.verſ.ego reſpondeo, & col. 3. ſub
nu.5.verſ.non obſtant replicationes , vol.1.quibus in
locis ſtatuit negatiuam illam,alios non eſſe hǽredes,
& ſic locũ eſſe ſubſtitutioni probari hoc modo,Dico
nullos alios eſſe hǽredes,qui vult dicere contrarium,
oſtendat , per doctrinã Gloſſæ in d.l.cũ de lege. ff. de
prob. quã à plurimis probatiſſimis interpretibus eſſe
confirmatam latè ibidẽ oſtendit Iaſ. dicens eam eſſe
veriſſimam, & temerarium ab ea recedere,ac in iudi-
cando etiam tenendã : modo concurrat præſumptio
pro eo , qui iſtud aſſerit , vt ibi per eum. quem nos ſe-
quuti ſumus in verbo , Filius. conclu.801.nu.2.vol.2.
11 Nec ea ratio † ex aduerſo pro priori opinione ad-
ducta multum vrgere videtur,ꝙ ſcilicet prǽſumatur,
quis viuere centum annis,d l.vlt. C.de ſacroſ. eccleſ.
ea enim omnino certa , & tuta non eſt : ſiquidẽ vltra
in medium deducta à Corn.in d.cõſ. 119. nu.2.vol.1.
in contrarium vrget text. in l.ſpadonem. §. qui abſo-
lutus.ff.de excuſ.tutor.ex quo deducitur nõ eſſe ſatis,
ſemel probatum fuiſſe Semproniũ viuere , vt hodie
præſumatur viuere,ad idem optimus textus in d.l.hǽ-
reditatum.ff.ad l.Falc.vnde licet fieri poſſit, quòd qs
centum annos viuat,quod in d.l.vltima probatur,nõ
tamen præſumitur quempiam ad centum annos vi-
cturum,cum,& id à communiter accidentibus,& ve-
riſimilibus ſatis abhorreat , iuxta ſententiam Bartoli
in l.2.col.3 ff.iudica.ſolui. Aret.in d.l. ſed ſi de ſua. ff.
de acq.hær.Dec.in l.ſi emancipati. C. de collatio. ac
aliorum pluriũ,quos refert Couarr. in d.lib. 2.c.7.ſub
nu.6.poſt verſ. Tertiò eadem ferè.Et hanc eſſe hodie
* *crebriorem ſententiam,teſtatur additionum author
ad Alex.in conſ.1.ſub nu.42.in verb. Viuere in litera
P.vol.5. quam tamẽ ita temperat Couar. ex Corneo,
quem ſupra citauimus , vt ſi quis alterius mortem al-
legauerit ad propriǽ intentionis fundamentum,eam
probare debeat, ſed habet maximam præſumptionẽ
mortis,decurſis iam centum annis,ab alterius natali-
bus , vt plenius ibi per eundem Couarruuiam .
12 Ad componendas † tantorum patrum diſſentiones
pluribus modis declaranda eſt tota hæc materia , ex
quibus conſtabit , quando ſubſtituto incumbat onus
probandi filios fuiſſe præmortuos, & quando aduer-
ſario,illos ſuperuixiſſe teſtatori,ſequarq́; Couar.in d.
c.7.ſub eodem nu.6.qui mihi præ cǽteris totam hanc
controuerſiam clarius , & melius explicaſſe viſus eſt.
Declaratur itaq; primo loco cõcluſio , ut ſi aduer-
13 ſus ſubſtitutũ † bona poſſidentem agatur,atque actio
proponatur ex eo, ꝙ conditio fideicommiſſi defece-
rit,quia inſtitutus liberos habuerit ſuperſtites,neceſſe
ſit actorẽ probare, nõ ſolũ inſtitutũ liberos habuiſſe,
ſed & eos patri ſuperſtites fuiſſe , alioqui reus abſol-
uendus eſt,nec prǽſumitur,ut is cõdemnetur,liberos
ſemel natos patri ſuperuixiſſe,ita ſenſere Bar.in d.l.q.
duos.§.cũ in bello.ff.de reb.dub.Imol.in d.l.ex facto.
§.ſi autẽ. ff. ad Trebel.etiam ſi non probet reus mor-
tem filiorum Idem tenet Caſtr.in d. §. ſi quis autem ,
& in d.conſil.388.nu.8. uol. 1. in cuius caſu aduerſa-
rius agebat contra ſubſtitutum , quibus ſe ſubſcripſit
Couar.in d.c.7.ſub eodem nu. 6. uerſ.quintus,ubi in-
quit non referre expreſſim ne , an tacitè actor propo-
ſuerit liberos patris ſuperuixiſſe: tenẽ enim actor ſẽ-
per probare id,ꝙ eſt neceſſarium,ut eius actio cõclu-
dat, &

dat,& obtineat,l.ei.qui.ff.de probat.& l.actor.C.eod.
tit.idque omnino tacitè allegare,& proponere vide-
tur,licet expreſſim id omiſerit,ſicuti,& reus id ꝓbare
tenetur,& ſenſim aſſerere videtur, ſi verba patiantur,
q̃ eſt neceſſarium, vt eius exceptio actionē eneruet,
tollat,aut elidat; quod eſſe notandum dicit Couar.

Secundò declaratur, vt ſi ſubſtitutus agat, dicens
13 inſtitutum ſine liberis deceſſiſſe, nec ex aduerſo†cō-
ſtet liberos eum habuiſſe, tūc admittatur ſubſtitutio,
licet actor non probet negatoriam illam, ſcilicet in-
ſtitutum ſine liberis perijſſe, ita ſenſit Ripa in d. §. ſi
quis autem, nu.9.verſ.pro concordia, ex eo, quod cū
intentione ſubſtituti concordet naturalis ſtatus de-
functi grauati, vt in ſimili dicit Bart.in l.ſi prius, in 5.
oppoſ.tertiæ par.ff.de oper.noui nunc.tum etiam,qa
grauatum habuiſſe vxorem,aut cōcubinam, & filios
concepiſſe, facti eſt, & facta non præſumantur, niſi
probētur,vulg.l.in bello,§.factæ.ff.de capti.& poſtli.
reuer.& nota.in l.ſciendum. ff.de verb.oblig.cui de-
clarationi plurimum fauet, quod à Cuma. traditum
eſt in l.is poteſt,& in d.l.ſed ſi de ſua.ff.de acq.hæred.
vbi tenet agentem ad alterius hæreditatem tanquam
ab inteſtato ſibi delatam, eo quòd proximior cōſan-
guineus ſit,ſatis probare, ſe eſſe proximiorem cōſan-
guineum eo ipſo, quòd probet ſe eſſe cōſanguineum,
atq; aſſeueret, & dixerit nullum eſſe defuncto proxi-
miorem: nam ex aſſertione ipſa,dum contrariū pro-
[illegible]tum nō fuerit, præſumitur à iure actorem eſſe pro-
ximiorem conſanguineum, Cumano adhærent in d.
l.is poteſt, Alex.nu.15.Iaſ. nu.83.Rom.in l.hæres in-
ſtitutus,in fi.ff.de acq. hær. quaſi non probato, quòd
defunctus liberos, aut proximiores conſanguineos
habeat, ſit maxima præſumptio, in actoris fauorem,
quod & nos ſupra tradidimus in verſ.proximior con-
ſanguineus,ac Couar.variar.reſolut.lib.2.c.6.num.6.
verſ.3.& in propoſito noſtro idem aſſeuerauit in d.c.
7.ſub eod.nu.6.verſ.primus.

14 Tertiò declaratur,vt ſi ſubſtitutus agat,†dicens in-
ſtitutum deceſſiſſe ſine liberis,nec fateatur eū liberos
habuiſſe,reus vero poſſeſſor opponat, & probet inſti-
tutū filios habuiſſe, quos patri ſuperſtites fuiſſe alle-
gat,tunc ſubſtitutus probare tenebitur,vel filios eodē
caſu ſimul cū patre perijſſe, vel eos priuſquam patrē,
mortem obijſſe,ſic ſenſit Couar.in d.c.7.ſub d.nu. 6.
verſ.tertius, dicens ſe id colligere ex Imola Alberic.
Cuma.Alex.ac alijs in d.§.ſi quis aūt,cum quia adeſt
aliqua ſuſpicio adhuc filios viuere, tum quòd ſubſti-
tutus agens ad fideicōmiſsū hoc cōditionale ſenſim,
& tacitè aſſeuerat, & allegat filios præmortuos fuiſſe
patri. adeſt poſtremò poſſeſſoris fauor, qui transfert
onus probandi in aduerſarium, vul.l.ſiue poſſidetis.
C.de probatio. quam quidem poſſeſſionē in caſu nō
diſſimili rectè perpendit Bar.in d.l.ſi inter,nu. 1.verſ.
ſed quæro.ff.de rebus dub.vbi præclarè re vera deter-
minauit,ꝙ ſi donatio facta ſit inter virum, & vxorē,
& ambo deceſſerint, adeò vt non appareat,vter prior
perierit,in dubio pro poſſidente res hæreditarias prę-
ſumēdum eſſe, qui pp poſſeſſionis cōmodū transfert
onus probandi in aduerſarium,ex l.vlt.C.de rei vend.
l.in pari.ff.de reg.iur.& ex c.in pari.eo.tit.in 6.Bar.in
hac ſpecie ſecuti ſunt Imo.& Cuma.in d.§.ſi quis au-
tem,vbi Alex. col. vlt.in fi.nu.5.inquit,propter Bart.
authoritatem eſſe tenendam,& ſeruandam eius ſen-
tentiam, quam exiſtimat ſingularem eſſe Io. Lup.in
rub.de donatio.inter virum,& vxorē, §.75.quicquid
dixerit Alex.circa hunc caſum in d.§.ſi quis autem,
col.vlt.ſub nu.4.& ſeq.verſ.tamen adde, quo in loco
aduerſus Bart.& alios verius eſſe cenſet, quòd hæres
donatarij teneatur probare donantē prius deceſſiſſe,
vel ſaltē vtrumq; ſimul eodē caſu perijſſe,ſiue is poſ-
ſeſſor ſit,ſiue alter poſſideat,nihilominus opinionem
Bartoli in praxi præferendam cæteris eſse exiſtimat
Couar.in d.c.7.ſub nu.5. primò tamen à præcedenti-
bus infertur,quod ei conſentiant,Soc. ſen.in d.l.ſi in-
ter,& Io.Lup.in d.§.75. contra Alex. cum fortiorem
in eo dubio deciſionē aſseuerauerint, quibus forſan
ſubiungit,Couar.ſuffragatur gl.in l.cum hic ſtatus,§.
ſi ambo,in uerbo Simul.ff.de donatio.inter virum,&
vxor.Eandem Bart.ſententiam nos ſequuti ſumus,&
pluriū authoritatibus cōfirmauimus in ver.poſseſſio.
cōcluſ.1190 nu.15.verſ.eiuſdem noræ eſt, hoc vol.3.

Quartò declaratur,quòd vbicunq; ſubſtitutus agat
15 † & fateatur inſtitutū filios habuiſse, ſed aſserat eos
ſimul cū patre perijſse ruina, incēdio, aut naufragio,
tūc obtinebit omninò,probato,quòd ſimul perierint
pater,& filij,ſic mihi loquitur text.in d.§.ſi quis autē,
cuius hunc eſse uerum ſenſum teſtes mihi ſunt locu-
pletiſſimi Alber.Imola,Cuma.Alex.Ripa, & Vinc.
ibid. qui præ cæteris ſcribit hanc interpretationē eſse
* magis *cōem,quicquid Bar.& Pau.à Caſtro dixerint,
qbus accedit Couar.ubi ſupra ſub d.nu. 6.uerſ.ſecun-
dus, & eiſdem ego quoq; me ipſum ſubſcribo.

16 Quintò declaratur,quod ſi itidem†ſubſtitutus agat
ad fideicommiſsum,& probet inſtitutū, & eius filios
mortem opetijſse non ſimul, ſed diuerſis in locis,aut
uarijs caſibus,uel in periculo, quod potuit ſucceſſiuè
eos extinguere, nec probet filios præmortuos fuiſse,
tunc profecto idem dicendum eſt, quod paulo ante
in tertia declaratione ſtatuimus, nempè ſubſtitutum
probare,& hoc caſu debere, uel filios eodem caſu ſi-
mul cum patre perijſse. uel eos prius quam patrē de-
ceſſiſse,& poſseſsor abſoluendus erit, quamuis actor
non allegauerit filios prius quàm patrē diem ſuum
obijſse, nec ſimpliciter actoris libello cōfeſsus fuerit
inſtitutum filios habuiſse, ita ſenſere Imola,Cuman.
Alex.Vinc.& Ripa,in d.§.ſi quis autem,quos referē-
do ſequitur Couar.ſub eod.nu.6.uerſ.quartus ubi ſen-
ſit,& hunc caſum eiſdem rationibus diffiniri,quibus,
& eum,quem in tertia retulimus declaratione,deter-
minari diximus,quanquam apertè contra hoc ſentit
Soc.ſen.in d.l.qui duos.§.cum in bello, col.ult.nu.5.
uerſ.ex quibus infero.ff.de reb.dub. & ibi Bart. idē ui-
detur innuere,& cum his ſtetit Alc.in d. regul.1.præ-
ſumpt.49.nu.7.

## CONCLVSIO MCCCLI.

### ARGVMENTVM.

Dubia ſubſtitutio,quo pacto, ex præcedenti
inſtitutione declaretur.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio dubia,ex pręcedenti inſtitutione declaratur.*
2 *Dilectus quemadmodum quis eſt in primo gradu, ita &*
*præſumitur dilectus in ſecundo.*
3 *Partes adiectę in inſtitutione,præſumuntur repetitę in*
*ſubſtitutione.*
4 *Diſpoſitio limitata in inſtitutione, inducit limitationem*
*in ſubſtitutione.*
5 *Teſtator, ſi inſtituit maſculos vniuerſaliter, & filias in*
*certa quantitate,eosque inuicem ſubſtituit, filia non*
*videtur in ſubſtitutione comprehenſa.*
6 *Teſtator, ſi inſtituit filios in primo gradu, deindè fecit*
*reciprocam ſubſtitutionem, vno ex inſtitutis decedente,*
*cohæredes,non etiam nepotes teſtatoris admittuntur.*
7 *Inſtituti filijs ſubſtitutis,non debent hi plus habere, quàm*
*eorum pater.*
8 *Filia excluſa, neptis etiam pari ratione excluſa videtur.*
9 *Teſtator quemadmodum filium ſuum præpoſuit extra-*
*neo,ita & omnem poſteritatem filij, tam maſculinam,*
*quàm fœmininam prępoſuiſſe videtur.*
10 *Subſtitutio fideicommiſſaria, ex pręcedenti inſtitutione*
*declaratur.*

11 *Subſtitu-*

11 *Subſtitutiones inuicem vna per aliam declarari poſſunt.*
12 *Subſtitutio prima, oſtēdit qualis fuerit volūtas in ſecūda.*
13 *Subſtitutio debet potius ab alia ſubſtitutione, quā ex præcedenti inſtitutione declarari.*
14 *Subſtitutiones inuicem ſe non declarant, vbi ratio diuerſitatis inter eas poteſt aſſignari.*
15 *Subſtitutio in dubio præſumit facta nomine appellatiuo.*
16 *Partes in inſtitutione pſumunt repetitę in ſubſtitutione.*
17 *Relatio facta per relatiuum, quis, vel, qui, intelligitur facta de nominibus appellatiuis.*
19 *Qualitas extrinſeca inſtitutionis, non videtur repetita in ſubſtitutione.*
19 *Conditio appoſita in inſtitutione, non videtur repetita in ſubſtitutione.*
20 *Qualitas nūquam præſumitur repetita in materia odioſa.*
21 *Probibitio facta filijs non porrigitur ad nepotes.*
22 *Qualitas excluſiua in vno gradu, in alio repetita non vr.*
23 *Conditio adiecta vni perſonæ primo nominatæ, non extēditur ad aliam perſonam ſecundo nominatam.*
*Ratio ibi. nu. 24.*
25 *Extenſio de perſona ad perſonam, nunquam fit in ſubſtitutionibus.*
26 *Subſtitutio facta filio, ſi deceſſerit ſine liberis, non porrigitur ad nepotes.*
27 *Qualitas in vna parte, in alia non videtur repetita, vbi non viget eadem ratio.*
28 *Qualitas adiecta ad qualificandam aliam vocem, vel diſpoſitionem, non præſumitur repetita in alia parte.*
29 *Qualitas non præſumitur repetita, vbi diuerſus effectus ſequeretur.*
30 *Subſtitutio non declaratur ex pręcedenti inſtitutione, vbi ex huiuſmodi declaratione induceretur diſpoſitio cōtraria iuri communi.*
31 *Subſtituti pro illis partibus præſumuntur, pro quibus erant inſtituti.*
*Niſi de contraria teſtatoris voluntate appareat, vt ibid. num. 32.*
33 *Dilectus in inſtitutione, præſumitur, & dilectus in ſubſtitutione, niſi de contraria voluntate appareat.*
34 *Teſtator habēs filios, quos vniuerſaliter inſtituit, & filiā, quam non inſtituit, ſi ipſis ſine liberis decedentibus inſtituit ſuperſtites, quid iſto nomine ſignificare voluiſſe videatur, & quid ſi ſubſtituerit ſuperſtitē ibid. nu. 35.*
36 *Inſtituti non præſumuntur prædilecti, niſi in ea portione, in qua inſtituti ſunt.*
37 *Inſtituti videntur prædilecti, niſi ratio diuerſitatis aſſignari poſſit.*
38 *Subſtitutio dubia non declaratur ex inſtitutione, vbi de mente teſtatoris aliter apparet.*

In hac ſubſtitutionū Gordiano modo magis inuoluta materia à noſtris illud axioma recipitur, Dubiam ſcilicet ſubſtitutionē, ex pręce-
1 denti inſtitutione † debere declarari, & interpretari, vt
2 quemadmodum quis † fuerit dilectus in primo gradu intelligatur etiam, & præſumatur dilectus in ſecūdo, & vlteriori. hinc reſcripſit Impera. Aelius Antoninus, in l. 1. C. de impube. & al. ſubſtit. partes adiectas in
3 inſtitutione, præſumi † repetitas in ſubſtitutione, quo loci Bar. ait eſſe ex interpretatione declaratiua, quia
* ſic teſtator ſenſit, & ibi * cōmuniter ſcribentes omnes id notāt, idq; ea ratione, quia illā affectionem, quam habuit teſtator in inſtitutione, eandem videtur habuiſſe in ſubſtitutione, nec præſumit, ꝙ voluerit magis ſubſtitutum, q̄ inſtitutū diligere. l. Publius. §. vlti. vbi Bartol. ff. de condit. & demonſtr. hoc idem ſanxit Imp Iuſtinianus in §. & ſi ex diſparibus. Inſtitutio. de vulga. ſubſti tu. & in §. ſubſtituitur autem. Inſtitu. de pupilla. ſubſtitutio. Eadem concluſio noſtra confirmatur ex l. quoties. ff. ad Senatusconſult. Trebel. l. ſi pater. l. qui liberis. §. vlt. & ex l. ſi plures. ff. de vulg. & pupil. ex quibus reſponſis colligitur dilectionē, quæ fuit in gradu inſtitutorū præſumi repetitam in ſubſtitutis tàm directo, quàm per fideicommiſſum, vt eas leges ad comprobandum adducit Signor. cōſ. 173. A. pater inſtituo. nu. 10. verſ. venio ad tertium, & Corn. in conſ. 290. tota vis conſultationis eſt. ſub nu. 4. verſ. in hoc autem indiuiduo. vol. 4. vbi ait, dilectionē in ſubſtitutione non leuem præſtare coniecturam circa interpretationem ſubſtitutionis, ob id etiam ex eadē l. 1. C. de impuber. dicebat idem Signor. in conſ. 107. quidam nomine Marigonus. nu. 3. verſ. præterea di-
4 ſpoſitionem † limitatam, ſeu declaratam in præcedēti inſtitutione inducere limitationem, & declarationē in ſubſtitutione. Ad idem pertinet Bart. doctrina in l. vltima. nu. 2. verſ. iuxta hoc quæro. ff. ad Trebellianū, vbi quærens, an cum teſtator inſtituit filios maſculos hæredes vniuerſales, filiam inſtituit in certa quātitate, demum ſubiecit, quòd ſi quis eorū deceſſerit ſine liberis, portio eius deuenerit ad ſuperuiuētes, vno ex filijs maſculis mortuo, filia admittatur ad fideicommiſſum? determinat, quòd in tali ſubſtitutione ex ve-
5 riſimili mente teſtatoris † non ſit vocata filia particulariter inſtituta, ex eo, quod cum alios maſculos prædilexiſſet in inſtitutione, inſtituēdo eos vniuerſaliter, præſumendum ſit, eos prædilexiſſe in fideicōmiſſo, ex l. Lucius. §. pater. ff. ad Trebel. auth. hoc amplius. C. de fideicommiſ. & d. l. 1. C. de impube. & ali. ſubſti. quamquam, ſi diligentius contextum d. l. 1. conſiderabimus illum contrariū eius, quod modo dixit Bart. in d. l. vltima probare, quoniam vult, quòd etiam inſtituti in modica parte, cenſeantur etiam ſubſtituti: Bart. vero vult, quòd filia excludatur in totum, vt aduertit Iaſ. in l. Lucius, col. 10. in 11. q. nu. 23. ff. de vulg. & pupillar. Ibidem tamen ex alijs Barto. opinionem ſuſtinet, & nonnullorum authoritatibus confirmat,
* eamq; * communiter eſſe receptam dicit, & latiſſimè declarat. hoc idem reſpondit in facti contingentia ipſemet Bart. in conſ. 54. Ang. Macie. col. 2. ſub nu. 4. verſ. certè punctus. lib. 1. & in d. l. Lucius. col. pen. nu. 18. verſ. ſed quæro circa hoc, de pulchra quæſtione. ff. de vulgar. & pupillar. Idem voluit Anch. in conſ. 68. ſubtiliter ad plenum, & Paul. de Caſtr. in conſ. 123 viſo teſtamento. Michaelis q. Cromei de Luca. nu. 2. vol. 1. ac Decia. in cōſ. 547. viſo puncto, & arbore deſignata. num. 7. ſub verſ. quod autem dictæ portiones. Itidem Alex. in l. cohæredi. §. diſcretas, num. 2. ff. de vulgar. & pupillar. vbi, & ipſe ex alijs defendit Bartoli opinionem, ex quibus omnibus concludit Curt. iun. in conſ. 22. præſupponitur in facto nu. 8. verſ. confirmātur pręmiſſa, quòd ex quo in ea facti ſpecie, ſuper qua cōſuluit teſtator ſolùm in primo gradu filios vocauit, non autem nepotes, & ſic eos prædilexit inſtituēdo, ꝙ licet poſteà fecerit reciprocam ſubſtitutionem, in qua videtur ſimul omnes vocaſſe, tamen ſi cōtingat vnum de inſtitutis in primo gradu decede-
6 re, debeant potius † alij cohæredes admitti, tanquam magis dilecti, q̄ nepotes, qui in inſtitutione vocati nō fuerunt, inquiens ibidem, quòd quemadmodū teſtator aliquos dilexit inſtituendo, ita ēt præſumatur dilexiſſe ſubſtituendo, per text. in d. l. 1. C. de impube. & alij. ſubſtitutio. & in cōſ. 161. præſupponitur in facto, quondam teſtatorem, nu. 7. verſ. Accedit ad cōfirmationem, & prius in conſ. 91. præſupponitur in facto
* Magnif. militem nu. 8. verſ. cōuenit etiam vbi * com-
7 munem teſtatur, ob id inferēs, quòd ſi quis fuerit † inſtitutus, & filij poſt mortē ſubſtituti, nō dēant hi plus conſequi, q̄ eorū pater, ꝙ ante eum dixerat Bart. in l. vtrum, §. vlt. ff. de rebus dub quo in loco ſcribitur, ꝙ ſi teſtator ſubſtituerit filio Titium, & Sempronium, & eorū filios, ſi deceſſerit Titius relictis pluribus filijs non poſſint omnes filij plus conſequi, q̄ pater, quia nō præſumuntur prædilecti. & ſeqtur Sebaſtia. Sapia. in d. l. 1. nu. 9. verſ. 2. infert Bar. C. de impube. Eandem confirmat concluſionem Decius in conſ. 186. & diligenter col. pen. ſub nu. 4. & in d. l. 1. col. vlt. num. 10. in fin. verſ.

fin.verſ.tertio regula.C. de impub.& alijs ſubſtit.Idē
in conſ.304.in caſu propoſito, nu.3. Alex. itidem in.
conſ.66.viſo teſtamēto Dom.Benicaſiæ, in prin. vol.
2.& Fran.Manti.in tract.de coniect. vlt.volun. lib.5.
tit.1.num.20. verſ. Generaliter etiam. Hanc eandem
concluſionem noſtram egregiè confirmat id, quod
in admodum controuerſo caſu ſcripſit Paul.à Caſtro
in l.1.col.vlt.nu.9.verſ.quidā habens.C.de conditio.
8 inſer.vbi determinat, quòd ſi pater † inſtituerit vni-
uerſaliter maſculos,filiam vero in re certa,& maſcu
los ſubſtituerit inuicē, ſi deceſſerint ſine liberis,ſi vnus
eorū decedat relicta filia,excludatur ipſa filia,& hēat
locū ſubſtitutio,qa ex quo filia in primo gradu inſti-
tuta in re certa nō admittitur,nec neptis cū nō præſu-
matur plus illam neptem dilexiſſe, quàm filiam ſuā,
& ibidem reſpondet ad d. l. 1. quæ videtur contrariæ
huic opinioni fauere, ſubiungens ſe fuiſſe primū cō-
ſultorem pro iſta parte,poſteà totum Florentinū col-
legium, & omnes Aduocatos Curiæ Romanæ pro
eadem reſpondiſſe, ſeque procedente deindè tēpore
pluries requiſitum,vt pro eadem conſuleret,noluiſſe
vnquam amplius reſpondere, quia multorū conſilia
nempè Bononienſium,& Peruſinorum,quos ibidem
citat, qui pro alia parte conſuluerunt fecerint illū in
dubitationē incidere. Cæterùm in hac eadem ardua
cauſa ipſemet Caſtr.conſultus reſpondit in conſ.403.
caſus iſte frequenter,à num. 5. vſq ad nu.3.vol.2.vbi
nu.2. verſ. nunc. deuictus,in hac controuerſia ſic di-
